

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Pajon de Moncets
(Pierre-Abraham)

Note fournie par M. Chéreau, 30 janvier 1882

~~Docteur~~
né à Blois le 1er Juillet 1723.
Docteur-régent le 10 Septembre 1753
Professeur de matière médicale (1773)
Mort le 24 Octobre 1784

[illegible] est auteur de pl[illegible] [illegible] [illegible] historien [illegible] [illegible] (Chéreau) [illegible] d'une [illegible] de la Faculté de Médecine de Paris, cité par [illegible] qui n'ont [illegible] partie des "Manuscrit de Pajon" [illegible] [illegible] allusion à Pajon.

[illegible] Chéreau m'a dit que ce Manuscrit (copie) vient de la vente de M. de Montmerqué. — Voir aussi p. 14 de sa Notice bibliogr (manuscrit) où il est moins affirmatif.)

Instrumenta
Facult. med. Parisi
de 1311 à 1395 environ,
avec Supplément
de 1395+ (d'après le titre) à 1441 (de ce Suppl.)

Recueil composé vers 17..
par Pajon de Moncets.
Professeur de la Faculté depuis 1773 ; mort en 1784, à l'âge de 60 ans.

Copie.

+ à vérifier encore, s'il se peut.
En réalité le recueil principal se termine par un petit document de 1397 (p. 334) et le 1er daté du supplément est de 1410 (p. 346)

W. Franklin, p. [illegible]

Documents relatifs à la Faculté de Médecine de Paris – "de 1311 à 1395" (inexact, ~~les dernier~~ deux derniers documents sont de 1392 et 1397)

– et de 1395 (d'après le titre de ce supplément) à 1441 (ce supplément occupe les p. 337–370)

recueillis (à la fin du siècle dernier, dit Franklin) par

Pajon de Moncets (sur lequel je n'ai aucun renseignement) –
M. Chéreau dit [illegible]. Il fut docteur et professeur de la Faculté – [illegible] des Appariteurs de l'Univ.

Le vol. se termine par


une table des documents ~~noms propres (p. 381–410~~ (p. 371–380)


une table des noms propres (p. 381–410)
– celle-ci le plus souvent sans indication des pages –
et un extrait du Synopsis de ~~Bertin Dieuxivoye~~ Nicolas Ellain (voir le vol. de Bertin Dieuxivoye intitulé Synopsis etc. — (p. 413–419)


[illegible]

Ce manuscrit est une copie de l'original conservé aux Archives nationales : MM. 266. in-4°.

Il provient, avec plusieurs autres, [illegible] de M. Chéreau, [illegible] de Montmorency[illegible].







Instrumenta
tum Publica tum privata,
In arcâ facultatis Servata,
In hoc Codice
Ordine Chronologico Inscripta,
ad rei Memoriam et
ad Antiquorum
Facultatis Medicinæ
ævorum Notitiam inservienda.

ab Anno 1311. ad Annum 1395.

(Pajon)

L'original de ce travail de Pajon est aux archives nationales ; MM. 266 ; in-4°.

1311.

1311. Clariçia de Rothomago, Uxor Petri dicti faverel Parisius illicite medicinam practicans, ad instantiam Venerabilis et discreti viri decani Magistrorum Regen=tium ab officiali Parisiensi fuit excommunicata, de qua Summa ad officialem Senonensem Tanquam ad Sedem Metropolitanam appellavit; Sed decanus magistrorum facultatis medicinae Regentium, Virtute conservationis privilegiorum universitatis magistrorum, et Scolarium Parisius indultorum, Summas Excommunicationis aggrava=tionis et reaggravationis obtinuit contra ipsam ut videre est in instrumentis inferius Scriptis.

Conquestio querulosa oblata officiali Senonensi a Claricia de Rothomago illicite practicante Contra Sententiam officialis Parisiensis die Veneris post Laetare 1311.

Dicit et proponit in jure Coram vobis domine judex officialis Senonensis in Causa appellationis ad vos interjecte claricia uxor Petri faverole contra venerabilem et discretum virum officialem Parisiensem et magistrum johannem decanum facultatis medicine parisiensis quod cum dictus officialis ipsam Clariciam Coram Se ex Suo officio et ad instantiam dicti decani ad judicium evocasset Seu Citari fecisset dicta que claricia per Johannem dictum Bovem, procuratorem Suum legitime institutum coram dicto officiali Comparuisset ad plures dies et Continuos ab ipso officiali Eidem assignationem obtulisset Separatum respondere et procedere, pro dicta domina Sua ut jus esset maxime cum dicta claricia esset tantis negotiis, et Causis legitimis impedita quod Coram ipsa dictis diebus et Terminis in persona propria non potuit Commode Comparere: Dictus officialis perperam et inique procedens dictum procura=

torem

torem admittere recusavit indebite et injuste et Sententiam excommunicationis de facto cum de jure non posset in ipsam Clariciam promulgavit et Suis Servientibus precepit ut eam Caperent et Captam in Sua prisione detruderent et questioni Subjicerent et tormentis ipsam in predictis opprimendo contra jus et justiciam indebite per gravando non obstante quod dictus procurator ipsius litteratorie et legitime destinatus cum instantia nomine procuratorio ipsius et pro ipsa et offerret Se ad ipsius defensionem, petendo ab ipso officiali parisiensi contra predictos adversarios ipsius domine Sue prout decebat admitti et ex abundanti Cautionem ydoneam Si opus esset pro defensione dicte domine Sue prestare offeret cum effectu prout omnia prefatus officialis parisiensis Contra jus et justiciam indebite penitus fauore denegavit eidem; quibus gravaminibus et oppressionibus et Eorum quolibet ac aliis contentis in Sua appellatione. Dictus procurator nomine procuratorio ipsius Claricie et pro ipsa habens inter cetera Speciale mandatum ab ipsa appellandi Sentiens ipsam ab ipso officiali indebite pregravari, timens non minus de nimia Severitate ipsius officialis et ne ipsam dominam Suam in Suo Carcere Sine Causa intruderet Seu faceret intrudi ex variis prendentibus et verisimilibus conjecturis ad curiam Senonensem Sedem Metropolitanam infra.

Canonice et prout debuit appellavit et apostolos ab ipso officiali parisiensi nomine quo Supra Sibi dari et concedi cum instantia petiit prout fieri debuit et in talibus fieri consuetum est et premissa Coram bonis esse vera legitime Sunt confessi quare petit dicta claricia omni jure et modo quibus melius potest suam appellationem predictam per vos cum canonica reputari pronuntiari que Summatiter ipsam legitime appellasse ipsum que officialem parisiensem contra ipsam dominam Suam inique Sen

injuste protutine inpremissis et quid quid Sequtum est ex premissis vel ob jd in irritum revocari Statui que et decerni quod jus erit et hoc dicit et petit dicta claricia juris beneficio in omnibus Sibi Salvo protestans deprobando que Sibi Sufficient de premissis et de ex pensis Suis defensionibus et rationibus loco et tempore proponendis et probandis Super quibus dies martis post quindenam Pasché nuni &c. est assignatis coram nobis dictis partibus ad deliberandum et ad procedendum ulterius ut jus erit protestatus autem fuit procurator dicti magistri Johannis infra Scriptus nomine procuratorio ipsius et pro ipso et per assignationem hujus dictt in nos non intendebat consentire tanquam injudicem Sed potius forum nostrum declinare datum die mercurii ante ramos palmarum Continuo ad ie martia precedenti anno domini millesimo trecentesimo undecimo cum herveo de villa Salomonis clerico procuratore dictorum Conjugum pro ipsis et Guillelmo de inceranis Seniore clerico procuratore dicti magistri Johannis pro ipso cum litteris procuratoriis hinc et Indé Sufficienter derato.

Tenor Procurationum

Universis presentes litteras inspecturis officialis Curie archidiaconatus Parisiensis Salutem in domino notum facimus quod coram nobis constituti Petrus faverel et claricia ejus uxor fecerunt et constituerunt, Guillermum de faremis, Philippum La Caille, Guillelmum Braz Genoillé, anicotum Dugseil, Stephanum Le Vinar, et herveum de villa Salomonis clericos procuratores Suos generales et nuntios Speciales et quemlibet eorum in Solidum ita quod non Sit melior conditio occupantis in omnibus et Singulis causis Suis motis et movendis pro Se et contra Se contra quas cum que personas Ecclesiasticas et Seculares coram quibus cumque judicibus ordinariis extraordinariis delegatis Subdelegatis Baillivis prepositis et aliis judicibus mundanis dantes dictis procuratoribus Suis et Cuilibet ipsorum potestatem et mandatum Speciale

ciale agendi pro ipsis ipsos que deffendendi excipiendi propo=
nendi litem contestandi jurandi de calumpnia de malitia
et de veritate dicenda ponendi positionibus respondendi in=
terlocutorias et deffinitivas summas audiendi appellandi
appellationem suam prosequendi et innovandi apostolos juxta
formam juris petendi causam sue absentie allegandi propo=
nendi supplicandi sue absolutionis beneficium a quocumque
judice impetrandi alium seu alios procuratores loco sui subs=
tituendi et amovendi et cetera alia et singula faciendi que
in permissis et cetera ea fuerint necessaria seu opportuna et
specialiter contra decanum et facultatem medicine parisien=
sem in curiis parisiensi senonensi et alibi ratum habentes
et habituri quid quid per ipsos et quemlibet ipsorum factum
fuerit suo nomine et promittentes sub obligatione omnium
bonorum suorum si opus fuerit judicatum solvi et ipsos
promiserunt relevare ab onere satis dandi in cujus rei testi=
monium sigillum curie nostre presentibus ditis duximus
apponendum datum anno domini millesimo trecentesimo
undecimo die dominica post cineres. Item universis presentes
litteras inspecturis officialis curie parisiensis. Salutem in
domino notum facimus quod coram nobis personaliter con=
stitutus magister johannes de nimelis Phisicus dilectos suos et
fideles johannem dictum Peruchon, Johannem de Lare, —
Guillotum de jueeramis, Stephanum Le dervinas, et Galterum
de suessionensi clericos exhibitores presentium suos fecit
et constituit coram nobis procuratores generales et quemlibet
eorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupan=
tis sed quod unus eorum inceperit alter prosequi valeat
et finire in omnibus et singulis causis et negotiis suis motis
et movendis tam pro se quam contra se contra quascum=
que personas ecclesiasticas et seculares coram quibus=
cumque judicibus ordinariis extraordinariis &c.
Le surplus est reste de stile de procuration généralle . . .

Instrumenta litis contra Clariciam de Rothomago prodie dicta coram officiali parisiensi a decano, m. Johanne de Missiclis aliter de minicelis Die mercurii ante Ramos palmarum; 1311.

Die mercurii ante Ramos Palmarum continuo a die martis precedente anignati coram nobis in causa attemptati Petro dicto Faverel et ejus uxori actore ex una parte et venerabili viro et discreto magistro Johanni de miniclis decano facultatis medicine Parisiensis Reo ex altera parte per statum qui status talis erat quod alias dicti actores citari fecerant coram nobis auctoritate metropolitana dictum reum sibi in causa attemptati virtute cujus dam citationis quarum tenor talis est Venerande in Cristo Patre domine Guillelmo [d'aurillac] dei gratia Episcopo Parisiensi officialis Senonensis Salutem in domino Sua nobis petrus dictus Faverel et ejus uxor gravi conquestione monstrarunt quod cum in causa appellationis ex parte dictorum conjugum contra venerabilem virum officialem parisiensem decanum facultatis medicine parisiensis et procuratorem ejus dem facultatis nomine procuratorio ab audiencia dicti officialis ad Senonensem curiam sedem metropolitanam ab interloqutoria ut dicitur interjecta diligenter fuerit ex parte nostra canonice inhibitum dicto officiali sub pena canonica et dicto decano et procuratori sub certa pena pecuniarum nobis et dictis conjugibus mediatim applicandarum ne ipsi lite et causa appellationis coram nobis inter ipsos pendentibus aliquid contra dictos conjuges attemptarent innovarent vel immutarent seu hoc fieri facerent aut etiam procurarent quod esset in prejudicium curie Senonensis et gravamen conjugum predictorum

prefati

prefati officialis decanus et procurator post appellationem
et inhibitionem nostram predictis eis pendentibus et spretis
actione rei aqua ad nos fuit dictum appellatum in pre=
judicium curie Senonensis dictorum que conjugum gravamen
eosdem conjuges auctoritate dicti officialis ad suam instantiam
excommunicari fecerunt ac etiam aggravari sic contra
ipsos conjuges temere attemptando in poenas que predictas
ut dictum intimendo quare petierunt et supplicaverunt
nobis dicti conjuges asserentes premissa adeo esse notoria
et manifesta quod nulla possunt tergiversatione celari
ut nos super premissis remedium adhiberemus opportunum
nos vero ipsorum conjugum supplicationi annuentes vobis
auctoritate metropolitana mandamus quatenus moneri
faciatis diligenter ex parte nostra predictos officialem
decanum et procuratorem ut ipsi predictam post appella=
tionem et inhibitionem nostram predictis in prejudicium
curie Senonensis contra dictos conjuges ut dictum est attem=
plata revocent ac revocari faciant aut procurent ad que
petunt dicti conjuges ipsos officialem decanum et procu=
ratorem sibi a nobis summaliter condempnari et com=
pelli alioquin citari faciatis ipsos coram nobis ad diem
mercurii post brandones nisi &ca. dictis conjugibus super
premissis attemptatis et aliis quod justum fuerit responsuros
inhiberi facientes nichilominus ex parte nostra dicto
officiali sub pena canonica et dictis decano et procuratori
sub pena centum librarum parisiensium nobis et parti
mediatim applicandarum ne ipsi lite et causa appellationis
hujusmodi coram nobis pendentibus juteo ipsos aliquid contra
dictos conjuges attemptent innovent vel immutent seu attemp=
tari innovari vel immutari faciant aut procurent quod sit
in prejudicium juridictionis nostre et gravamen dictorum
conjugum cedere dignoscatur datum die lune ante fes=

tum

tum beati vincentii anno domini millesimo Trecentesimo undecimo &c.a &c.a comparentibus injudicio coram nobis herveo de villa Salo monis clerico procuratori dictorum Conjugum pro ipsis et guillermo de pueranis Seniore clerico procuratore dicti magistri johannis pro ipso cum litteris procuratoriis Sufficientes Sine jude derato. dictus procurator dictorum Conjugum nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis dictum citatorium loco libelli edidit contra partem adversam et eodem loco libelli unus fuit. quibus sic actiores diem martis post quindenam Pasche nisi dies fuerit ferialis &c.a dictis partibus coram nobis assignavimus ad respondendum et parte dicti rei dicta petitioni dictorum conjugum nisi tale quid ad diem proponatus propter quod dictus reus dicte petitioni non Teneatur respondere et ad procedendum ulterius ut jus erit protestatus fuit autem dictus procurator dicti rei nomine procuratorio ipsius et pro ipso quod per assignationem hujus modi diei non Intendit in nos Tanquam injudicem consentire sed potius forum nostrum declinare. Datum die primo dicta anno domini millesimo Trecentesimo undecimo per Guiot ita actum est.

Mandatum Prioris Sanctæ Genovefæ quo Citatus Claricia de Rothomago, Die Jovis post Brandones 1311.

Prior Sante Genovefe parisius vices gerens reverendi in cristo patris Domini Silvanectensis Episcopi conservatoris privilegiorum Universitatis magistrorum et Scolarium parisius a Sede apostolica indultorum quotiens cumque venerabilem virum magistrum nicolaum de Santo justo prepositum Ecclesie S.ti Gaugerici Cameracensis vices generaliter gerentem dicti Reverendi patris Contingit abesse a villa parisius presbitero S.ti

nicolai

nicolai de Campis parisius et omnibus aliis ad quos presens mandatum pervenerit Salutem in domino et mandatis apostolicis firmiter obedire Sicde mandato dicti magistri nicolai citavistis peremptè Parisius Coram nobis ad diem jovis pon Brandones clariciam dictam de Rothomago uxorem Petri dicti faverel allegaturam ostensuram et si necesse esset probaturam Causam Rationabilem si quam haberet quare quidam monitioni ex parte dicti magistri nicolai contra eam emisse ad instantiam discreti viri et magistri decani magistrorum in medicina parisius regentium parere minime teneretur nobis que ex officio nostro ad objiciendum et predicto decano super suis dampnis interesse et expensis quod justum esset responsurum quia tamen ad dictam diem jovis nec venit nec pro se misit nec ad diem veneris sequentem dicto decano coram nobis contra ipsam prout debuit personaliter comparente ejus que contumaciam accusante ac ipsam a nobis contumacem reputari petente propter quod ejus contumacia exigente ipsam reputavimus contumacem ac etiam reputamus hinc est quod vobis omnibus et singulis in virtute obedientie sub pena suspensionis et excommunicationis quam vel quas in vos ferimus nisi feceritis quod mandamus districte precipiendo mandamus quatenus ipsam clariciam quam sua exigente contumacia in his scriptis excommunicamus excommunicatam a nobis palam et publice nuntietis et in signum mandati executi presentes litteras reddite sigillatas. Datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo die veneris predicta expectata a die jovis precedente.

Mandatum vices gerentis Episcopi Silvanectensis contra clariciam de Rothomago. (de Rouen) die Dominica qua Cantatur invocavit me.

Magister niolaus de S.[to] justo prepositus Ecclesie Sancti Gaugerici Cameracensis vices gerens reverendi in Cristo

patri domini Episcopi Silvanectensis Conservatoris privile=
giorum universitatis magistrorum et Scolarium parisius
a Sede apostolica indultorum omnibus presbiteris ad quos
presens mandatum pervenerit Salutem in domino et man=
datis apostolicis firmiter obedire cum ad reprimendam —
perniciosorum malitiam et vitam pie viventium conservan=
dam pia consideratione Circa Statum universitatis medi=
cine Sedes apostolica disposuerit providere inter cetera —
misericorditer indulgendo ne magistri et Scolares parisius
Studentes extra muros civitatis parisius valeant citari vexari
molestari in causam trahi aut ad judicium evocari ut Sic
ac liberius vacare valeant litterarum Studio quo minus
fuerint aliis occupati negotiis et preciosam acquirere Scien=
cie margaritam . Sane Sua nobis discretus vir et magister
decanus magistrorum in medicina parisius regentium gravi
atque querulosa Conquestione monstravit quod claricia
dicta de Rothomago et petrus dictus faverel ejus maritus —
parisius commorantes ipsum decanum et ejus procuratorem
occasione ipsius citare vexare molestare in causam extra
muros predicte civitatis parisius trahere et ad judicem Seno=
nensem evocare de die in diem non formidarunt contra tenorem
dictorum privilegiorum temere veniendo in nostre juridicti=
onis prejudicium elusionem et contemptum prefati que decani
dicti et totius facultatis medicorum ac etiam totius universi=
tatis dampnum non modicum et gravamen propter quod ipsi=
us decani Studium et lectura multipliciter impeditur quo —
Circa dictus decanus asserens adeo coram nobis premissa —
fore vera notoria et manifesta quod nulla possunt tergiver=
satione celari prout offert Se coram nobis Si necesse fuerit
legitime probaturum propter làque nobis humiliter Supp=
licavit ut nos Sibi Super premissis ex officio nostro debito —
congrue Succurrere dignaremur cujus Siquidem decani juste
Supplicationi annuentes . . Cum eidem Simus in justicia debi=

tores

tores attendentes quod parum prodessent jura eorumdem nisi essent qui a perniciosorum incursibus valerent defendere et tueri. . Hinc est quod vobis omnibus et singulis in virtute obedientie et sub pena suspensionis et excommunicationis districte precipiendo mandamus quatenus ad hoc mandatum nostrum exequendum alter vestrum alterum non expectet predictos conjuges ex parte nostra canonice moneatis ut incontinenti post monitionum nostrarum sibi canonice factarum a predictis citatione vexatione molestatione in causam tractione extra muros civitatis ante dicte et ad judicium evocatione cessent penitus et desistant et si quid contra ipsum decanum aut ejus procuratorum occasione ipsius decani fuerit judicatum aut aliter attemptatum illud ipsi conjuges revocari faciant judicato denuncient nullum esse non tenere non valere nec ab initio tenuisse eorum propriis sumptibus et expensis. . dicto que decano et ejus procuratori de suis dampnis expensis et interesse satisfaciant competenter ad que omnia premissa et singula facienda petit idem decanus ipsos conjuges per nos sententialiter condempnari et compelli. . aliaquin ipsos quos propter hoc in hiis scriptis excommunicamus excommunicatos a nobis in vestris ecclesiis palam et publice nuncietis nisi canonem allegaverint efficacem quare ad hoc minime teneantur quam si pretendunt citetis ipsos peremptorie pariturus coram nobis vel coram tunc dictas vices gerente ad diem jovis instantem nisi fuerit feria alioquin ad diem &c. dictam causam allegaturum responsurum et si necesse fuerit probaturum nobis que ex officio nostro ad obiciendi et dicto decano ac ejus procuratori super suis dampnis expensis et interesse quod justum fuerit responsurum et quid inde feceritis nobis fideliter

rescribatis . . non obstante quod dictorum privilegior=um conservationem et commissionem nobis factam vobis non mittimus quia non consuevimus nec audemus propter viarum pericula locorum que distanciam et discrimen dictis partibus coram nobis presentibus de eis si necesse fuerit Copiam faciemus datum anno domini millesimo Trecentesimo undecimo die dominica qua cantatur in=vocavit me.

Scellé sur simple queüe de parchemin au seel de la conservation, le seel en rompu.

Monitio ad Parochos contra Clariciam de Rothomago die Veneris ante Ramos 1311.

Magister Nicolaus de S^to^. justo prepositus ecclesie S^ti^. Gaugerici Cameracensis vicem gerens reverendi In christo Patris domini Silvanectensis Episcopi conservatoris privilegiorum universitatis magistrorum et scolarium parisius a sede apostolica indultorum omnibus presbiteris Capellanis ceteris que Ecclesiarum rectoribus ad quos presens mandatum pervenerit Salutem in domino et mandatis apostolicis firmiter obedire quia claricia dicta de Rothomago uxor petri dicti faverel excommu=nicationis Sententiam in ipsam auctoritate conservationis predicte latam de mandato religiosi viri prioris Sancte Genovefe parisius vices predictas gerentis quam nos contingit abesse a villa parisius ad instanciam discreti viri et magistri decani magistrorum in medicina paris=ius regentium diu est animo sustinere indurato et adhuc sustinere non formidat ad emandationem venire contemp=nens quasi claves et mandata Sancte matris Ecclesie villi=pendens et cum crescente ejus malitia crescere debeat

et pena siquandoque sit ut quam dei timor a malo non revocat saltem eam coherceat severitas ecclesiastice disciplime et quia parum pro deset humilibus humilitas si contumacibus contumacia non abesset cum tanto graviora sint peccata quanto diutius infelicem animam detinent alligatam hinc est quod vobis omnibus et singulis in virtute obediencie sub pena suspensionis et excommunicationis quam vel quas in vos feremus nisi feceritis quod mandamus districte precipiendo mandamus quod ipsum excommunicatum singulis diebus dominicis et festivis candelis accensis campanis pulsatis excommunicatum quam iustius scriptis excommunicamus singulis diebus dominicis et festivis candelis accensis campanis pulsatis excommunicatum et aggravatum a nobis palam et publice nuncietis, quo facto reddite litteras sigillatas. datum anno domini M.o. CCC°. undecimo die veneris ante Ramos Palmarum.

1312. Sententia Excommunicationis Latae Contra clericum de Rothomago die mercurii post festum Beati Barnabae 1312.

Magister nicolaus de S.to justo prepositus ecclesie S.ti Gaugerici Cameracensis vices gerens Reverendi in Christo patris ac domini domini Silvanectensis Episcopi conservatoris privilegiorum universitati Magistrorum et scolarium parisiensi a sede apostolica indultorum, omnibus presbiteris capellanis ceterisque ecclesiarum rectoribus ad quos presens mandatum pervenerit salutem in domino et mandatis apostolicis firmiter obedire cum pia consideratione sancta mater ecclesia statuerit ut omnes excommunicationis labe polluti ab omnibus Christi fidelibus arcius evitentur ut excommunibus actibus exclu-

dantur

-dantur Sic Rubore Suffusi quousque ad Reconciliationis effec=
tum et humilitatis gratiam misericorditer proliciantur pro=
tum que Sic ut qui divina contempnunt mandata et inobe=
dientes prioribus paternis existunt Severioribus Corrigantur
Vindictis ut ceteri talia committere pertimescant Gaudeat
Etiam deus Super fraterna concordia ut cuncti Sumant
Severitatis et Bonitatis Exemplum. Nam Siquidem absit
ecclesiastice Vigor Sollicitudinis negligatur perdit deside=
rium disciplinam Et fidelium animabus necessario et in=
humanis Corporibus promptius imminet detrimentum.
Igitur Cum Claricia de Rothomago Uxor Petri dicti faverel
excommunicationis et aggravationis Sentencias in ipsam auc=
toritate conservationis predicte innoverim apostolica ad
instantiam Venerabilis et discreti viri. Decani magistro=
rum in facultate medicine actu Regentium parisius Latas
diu est animo ejus in Sua malitia perlongum Tempus
animo Sustinuerit indurato et adhuc Sustinere dei Timo=
re postposito in anime Sue periculum et Scandalum non
formidat Claves et mandata Sancte matris ecclesie villi=
pendens et ut deum pre oculis non habens, Sed Sue Salutis
Immemor ad emendationem Venire Contempnens et Succres=
cente ipsius malitia crescere debeat et pena cum Tanto graviora
Sint peccata quanta diutius infelicem animam detinent
alligatam; dignum que Sit ut quam dei Timor a malo
non revocat eam Saltem Coherceat ecclesiastice Severitas
discipline; et quia parum prodesset humilibus Sua humilitas
et fidelibus Sua fidelitas Si contumacibus Sua Contumacia
et infidelibus Sua infidelitas non obesset hinc est quod vobis
omnibus et Singulis in virtute Sancte obedientie et Subpena
Suspensionis et Excommunicationis quam vel quas in vos
ferremus nisi feceritis quod mandamus districte precipien=
do mandamus quatenus ad hoc mandatum nostrum ex=
equendum alter vestrum alterum non Expectet prefatam
Clariciam quam ab hoc presentis Scriptis reaggravamus

Ex

Excommunicatam aggravatam et reaggravatam a nobis
auctoritate conservationis predicte Singulis diebus dominicis
et festivis candelis accensis campanis pulsatis libro cruce et
aqua benedicta ac omni alia Solemnitate qua poteritis
ter in missa et bis in vesperis ac aliter Totiens quotiens vos
divina contigerit celebrare in Ecclesiis vestris populo jbidem
ad divinum officium audiendum congregato palam et publice
nunccietis ejus que familiam et omnes cum jpsa Scienter
participantes nisi in casibus a jure permissis Ecclesiastico
Interdicto Supponentes jnhibentes Nichilominus Ex parte
nostra omnibus et Singulis Parochianis vestris generaliter
et Specialiter nominatim et hostiatim Guillelmo Carnifici
Richardo et Johanni Cuscuraciis: Radulpho furnerio,
Richardo Lepelé, Radulpho de Letre, Rogero de Roca,
Johanni dicto Hardi, Dionisio divitis, Georgio oleario,
ymberto Lotharingo, Emeline Regraterie, Johanni de
monte, andree Conelario, Petro Levaillant, aufredo
Britoni, Petro Damis, Johanni de Guisse, Guillelmo
dicto haomys et eorum Uxoribus et familiis ne quis eorum
Sub pena Excommunicationis Cum jpsa eundo redeundo
Standa Sedendo bibendo comedendo, potu Sibo furno mo-
lendino jgnem aquam eidem administrando Consilium
auxilium eidem jmpendendo panem vinum, carnes,
pisces, vestes Seculares et omnia alia eidem vendendo aut
ab jpsa emendo aut alio quoquomodo participare
presumpserit nisi in Casibus et jure permissis quod si secus
fecerint nos contra jpsos et eorum quemlibet procedemus
ut jus erit citantes Etiam jpsam peremptorie pariniue
Coram nobis vel coram Eius dicti vices gerente ad diem
veneris ante nativitatem Beati Johannis Baptiste nisi
fuerit feria Sa. visuras a nobis taxatis et adjudicatis ex-
pensis ex parte dicti . . decani contra jpsam coram nobis
factis cum intimatione quod Sive venerit Sive non nos ad dic-
tarum Expensarum Taxationem procedemus prout de Jure

fuerit procedendum ipsius absentia non obstante; et insignum presentis mandati nostri a vobis exemti Sigilla vestra pre=senti apponatis et dedictis citatione et inhibitione fideliter rescribatis, datum anno domini millesimo Trecentesimo duodecimo die mercurii post festum beati Barnabé apostoli.

P. Bertrand.

Instrumentum procuratorium Petri faverel pro uxore claricia Contra facultatem ob factam medi=cinam. die veneris post ascensionem 1312.

Datum per Copiam: Universis presentes litteras inspec=turis officialis curie parisiensis Salutem in domino. nove=ritis quod Coram nobis personaliter constitutus petrus dictus faverel Suo et clariciæ uxoris Suæ nomine pro qua cavit ad penam quadraginta librarum parisiensium derato et per fidem dilectos Suos johannem de thezauro et hugonem Guillelmi notarium curie parisiensis juratum Clericos Exibitoris presentes Suos fecit et constituit nomine quo Supra et certos nuncios Speciales et quemlibet eorum in Solidum ita quod non Sit melior conditio occupantis et quod unus eorum inceperit alter possit et valeat finire ad Effectum in omnibus et Singulis causis et negotiis Suis motis et movendis Tam pro Se quam contra Se contra quas=cumque personas personas Ecclesiasticas et Seculares Coram omnibus judicibus ordinariis extraordinariis delegatis Sub delegatis arbitris auditoriis conservatoribus et baillivis prepositis Senescalis nec non et aliis quibuscumque ju=dicibus quacumque autoritate fungentibus et quocumque no=mine Censeantur dans et concedens dictis procuratoribus Suis et cuilibet eorum in Solidum plenariam potestatem et man=datum Speciale agendi pro ipso et ejus uxore ipsos que diffen=dendi conveniendi reconveniendi excipiendi excusandi propo=nendi replicandi, duplicandi, Triplicandi, Litem Seu litis con=

testandi

testandi Jurandi in animas ipsorum de calompnia de mali=
cia et de veritate &c. &c.

Le Surplus en reste de procuration généralle.

Mandatum M. Nicolai de S^{to}. justo quo Con=
=tumaciæ damnatur Petrus faverel empericus die
martis 1312.

Magister nicolaus de S^{to}. justo prepositus Ecclesie sancti
gaugerici Camera censis vices gerens Reverendi in Christo
patris ac domini domini Silvanectensis Episcopi conserva=
toris privilegiorum Universitati magistrorum et scolarium
parisius a Sede apostolica indultorum presbitero Sancti
Nicolai de campis parisius et omnibus aliis, Salutem in
domino et mandatis apostolicis firmiter obedire, quia
Petrus dictus faverel maritus claricie de Rothomago ad
diem lune post festum beati Barnabe apostoli Sibi assi=
gnatam peremptorie parisius coram nobis auctoritate
conservationis predicte contra venerabilem et discretum
virum . . decanum magistrorum actu regentium In
facultate medicine parisius in causa que inter ipsos ver=
titur coram nobis nec ad diem martis inde Sequentem non
venit nec pro se misit dicto . . decano contra ipsum com=
parente et prout debuit expectante et ipsum a nobis
Contumacem reputari instantor petente, unde nos ip=
sum petrum attenta ejus contumacia et justicia exigente
contumacem reputavimus et etiam reputamus. hinc
est quod vobis auctoritate conservationis predicte districte
precipiendo mandamus quatenus predictum petrum,
Sic a nobis ut dictum est contumacem reputatum quem
ab hoc in hiis Scriptis excommunicamus, excommuni=
catum a nobis auctoritate predicta, ad instantiam dicti . .
decani Palam et publice nuntietis Citantes Nihilominus

peremptorie parisius Coram nobis Vel Coram tunc dictas vices gerentes, ad diem mercurii ante nativitatem Beati Johannis Baptiste nisi fuerit feria &c., predictum petrum visuras a nobis taxationem expensi dicti decani ratione hujus modi contumacie factas ac processurum in dicta causa secundum ejus statum qui quidem status est ad interloquendum et ad procedendum ulterius ut jus erit; cum intimatione quod sive venerit sive non, nos ad dictarum expensarum taxationem et predicte interlocutorie probationem procedemus ut jus erit, ipsius absentia non obstante post Excommunicationem reddite litteras sigillatas et nobis de dicta citatione fideliter rescribatis datum anno domini m°. CCC°. duo decimo die martis predicta expectata a dicta die lune precedente.

Signé P. Bertrand. Scellé sur triple queuë de parchemin, les sceaux sont perdus.

Mandatum magistri nicolai de S.to Justo prohibitorium quo cavetur ne lites facultatis ad aliud forum traducantur contra clericiam Empiricam Die Jovis post festum Sancti Barnabe 1312.

Magister nicolaus de Sancto justo prepositus Ecclesie Gaugerici Cameracensis vices gerens reverendi in Christo patris ac domini domini Silvanectensis Episcopi conservatoris privilegiorum universitati magistrorum et Scolarium parisius a Sede apostolica indultorum omnibus presbiteris Capellanis ceteris que Ecclesiarum Rectoribus ad quos presens mandatum pervenerit Salutem in domino, et mandatis apostolicis firmiter obedire, vobis omnibus et singulis in virtute Sancte obedientie et sub pena suspensionis et Excommunicationis districte percipiendo man=

damus

damus quatenus ex parte nostra diligentius quam pote=
ritis inhibeatis clarice de Rothomago et Petro dicto
faverel ejus marito nec non et ipsos canonice moneatis
ne ipsi venerabilem virum . . decanum magistrorum
in facultate medicine actu Regentium parisius Sub
pena Excommunicationis et Sexaginta librarum pari=
siensium nobis et dicto decano Si Secus fecerent mediatim
Solvenda Extra muros parisius in causam Trahant
Seu ad judicium evocent nec aliquid aliud contra ip=
sum attemptent innovent immutent Seu trahi evocari
vel attemptari innovari aut immutari faciant vel
procurent quod Sit in nostre juridictionis Seu Universi=
tatis predicte prejudicium vel contemptum et dicti .
Decani dampnum aliquod vel gravamen et attempta=
ta Si que ttenus contra ipsum decanum revocent et
revocari et ad Statum debitum reduci faciant et procurent
Suis Sumptibus et expensis cum intimatione quod nisi
predictis monitioni et inhibitioni nostri paruerint
cum effectu nos penas predictas contra ipsos ab hibimus
pro commissis ex tunc et ex nunc ipso facto ; ac ad dictam
penam pecuniarum levandam et exigendam et dictam
Summam excommunicationis in ipsos fulminandum
et alias procedemus contra ipsos prout de jure fuerit
procedendum et quid inde feceritis et responsionem eorum=
dem nobis fideliter rescribatis datum anno domini M.°
CCC°. duodecimo die jovis post festum beati Barnabe
apostoli.

Signé P. Bertrand, Scellé Sur Simple queue
de parchemin, Le Scel en perdu.

1322. Jacobea felicie de almania illicite Parisius Medecinam practicans a venerabili viro decano magistrorum Regentium facultatis Medicine coram officiali curie Parisiensis fuit anignata et excommunicata ab auditore curie parisiensis commissario ab officiali dato.

Dies dicta jacobœ felicie: die jovis post festum assumptionis 1322.

Officialis curie parisiensis omnibus presbiteris salutem in domino vobis mandamus quatenus citetis peremptorie parisius apud Sanctum Eligium coram discreto viro magistro johanne de villa parisiaca auditore curie parisiensis commissaris a nobis dato quo ad hec ad diem Sabbathi instantis hora prime precise dominam Jacobeam felicie Secundum regratiata et dominum Johannem de Padua militem Cirrurgicum discretis viris decanus et magistris facultatis medicine parisius regentibus Super practicatione indubita quod justum fuerit responsurum datum anno domini millesimo Trecentesimo Secundo die Jovis post festum assumptionis Beatæ marie virginis, Signé Crespi 11.

Instantia facultatis pro obtinendo judicio adversus Jacobeam felicie 1322.

Contre dominam Jacobam felicie et ejus Rationes peremptorie propositas contra decanum et magistros facultatis medicine parisius regentes respondent dicti decanus et magistri quod hiis non obstantibus vos debi-

tis

-tis Concludere proponendi et propositis tunc et inde in Causa
mota Coram Vobis interdictas partes et procedere ulterius
ad vestram diffinitivam Summam proferendam vos magister
Johannes de villa parisiaca auditor curie parisiensis com=
missarius datus a Venerabili viro officiali curie parisiensis
contra practicantes in arte medicine illicite parisius et
insubrbiis ejusdem dictam que jacobam in expensis dicto=
rum decani et magistrorum legitimis condempnari ratione
retardati processus nec obstat prima ratio in qua petit Sibi
fidem fieri de juridictione vestra et comminionae Vobis
facta cum ipta Sin dilatorium nec impediat quo minus
ulterius procedatur licet Sibi facta fuerit fides alias Coram
Vobis et data copia Cam que Sunt parati Exibere Coram Vobis
et fidem facere de mandato procuratorii dictorum decani et
magistrorum non obstat alia ratio quam proponit quod
Si unquam Statutum decretum monitio et inhibitio et ex=
communicatio quibus dicti decanus et magistri facta et facte
fuerint &a. tum quia verum est dictum Statutum Seu
decretum et Subsequentia inde facta fuerint de jure et decreta
Contra ignorantes artem medicine et practicantes illicite
parisius et in Suburbiis ejusdem et a Sexaginta annis et
amplius approbata per venerabiles viros officialis curie pa=
risiensis et illustrissimos francie reges qui pro dicto tempore
fuerint et regnaverunt cujus jura officialis parisiensis et
Secundum jura executurus fuit et est contra practicantes
predictos non approbatos Sicut contra iptam Ream que to=
taliter est ignara artis medicine et non litterata nec appro=
bata per eos ad quos Spectat nec Scias causas Seu rationes
reddere dicte artis tum quia prohibitum est in jure ne mu=
lier possit esse advocatrix et testis in Causa Criminali et
quod multo fortius potest Sibi de jure inhiberi ne practicet
dando infirmis intra corpora eorum potus cibos et clistoria
cum nullam causam infirmitatis infirmorum per litteram
vel artem medicine Cognoscat cum multo fortius Sit
periculosum occidere hominem per tales potus et clistoria
quam Causas Civiles perdere per ignoranciam et insciensi=

am

-am advocatorum et ratis ocinio Sit peccatum mortale Cujus Cognitio Spectat ad Ecclesiam ratione peccati et Ideo decretum monitio Excommunicatio dicti officialis Ligant et possunt ligare eandem Ream Cum de jure ante quam ipsa potuinet practicare in dicta arte fuit facit et prohibitum est contra eam Sedebuinet obtuline peritis in dicta arte et ad hoc deputatis ad audiendum et videndum ipsius experientiam approbatam quare &c. non obstat alia ratio quod quidem exercentes quo modo mortui Sunt aut adeo decrepiti &c. cum Responsione non jungeat attenta replicatione proxime Super proposita, nec Lex postea allegata Siquis in aliquo documento &c. cum predicta documenta Sint notoria et per dictum officialem approbata non obstat etiam que dicit quod omnis tangit ab omnibus debet approbari &c. cum non sit causa Capituli nec talis que tales personas requirat Sed Solum Sufficit dictum decretum dicti officialis que de jure potuit decernere talem personam Sicut dictam ream practicare in arte medicine non posse cum dictus officialis Sit minister juris et executor non obstat alia ratio ubi dicit quod melius esset et honestius quod medico Sagax &c. cum responsione non Sit digna per replicationes precedentes non obstat alia ratio ubi dicit quod Si malum esset quod medicus visitaret &c. cum Sit frivola et ideo debet regisci ad majus periculum evitandum cum totaliter dicta rea ignoret artem medicine nec eam audierit Scilicet legi in Scolis prout decet. non obstat alia ratio quod dicta rea Sanavit multos infirmos quos dicti magistri Sanare potuerunt &c. cum talis ratio sit Certius que Sit quod approbatus in dicta arte possit Sanari infirmos cum tatis mulier que de jure repellitur in aliis

finis hujus instrumenti est lacerata et non potuit totaliter inscribi.
Jacoba felicie de almania per instrumentum anni 1322. die Sabatti invigilia festi assumptionis beate marie virginis gloriose fecit constituit et ordinavit dilectum suum et fidelem johannem laurencii procuratorem generalem et nuntium specialem.
Le surplus est reste de procuration générale.

Instancia jacobe felicie die Mercurii post festum Beati Laurencii 1322.

Acta apud Sanctum Eligium parisius coram nobis magistro Johanne de villa parisiaca auditore curie parisiensis commissario dato a venerabili et discreto viro officiali curie parisiensis quo ad infra Scripta anno domini M°. CCC°. XXII°. die mercurii post festum Beati Laurencii hora prime aderit coram nobis procuratori discretorum virorum .. decani et magistrorum facultati medicine parisius regentium contra dominam Jacobam felicie ream ad interloquendum a nobis ex Prius Super eo quod dicta rea non tenebatur procedere coram nobis cum dicto procuratore isto tempore feriato propter messes : predicto procuratore in contrarium proponente quod non obstante tempore feriato propter messes dicta rea tenebatur procedere cum dicto procuratore quo supra nomine et ipsius petitioni respondere In causa quam intendebat movere coram nobis inter ipsos et ex eo quod dicta rea attemptaverat contra statuta dictorum .. officialis .. decani et magistrorum quorum publicam et utilitatem continebant dicta vero die et hora comparentibus in judicio coram nobis magistro

Johanne de S.to nicolao clerico procuratore dictorum magistrorum nomine procuratorio ipsorum et proprio ex una parte et Johanne laurencii cavente pro dicta rea ad penam quem que solidorum parisiensium de rato et perfidem ex altera et cum instantia petentibus a nobis interloqui nos vero auditis predictis rationibus et consideratis hiis que de jure nos movere poterant et debebant interloquendo decrevimus et decrevimus in hiis scriptis dictam ream de jure procedere debere cum dicto procuratore coram nobis prout status cause requirit non obstantibus propositis ex adverso quibus sic actis nos assignimus peremptorie coram nobis ad dictum locum dictis partibus diem lune instantem hora prime ad respondendum ex parte dicte ree petitioni dicti procuratoris audie verbo tenus proposite nisi aliquod efficax proponatur et tradendum curie nostre die lune instanti in scriptis et ad procedendum ulterius ut jus erit datum et actum ut supra.

Signé P. Crespi. Gj.

Johannes de Bethunia præficitur audiendis testibus contra Jacobam felicie in vigilia Beati mathei 1322.

Instans dies lune est asseris peremptorie apud Sanctum Eligium hora prime precise coram nobis magistro Johanne de villa parisiaca auditore curie parisiensis commissario dato quo ad hoc a venerabili &c.a decano et magistris facultatis medicine parisius regentibus actoribus contra dominam Jacobam felicie ream ad probandum quarto ex parte dictorum actorum eorum intentionem in causa mota coram nobis inter ipsas partes et

ad procedendum ulterius ut jus erit et ea convenienciā inter ipsos quod Johannes de Bethunia clericus notarius curie parisiensis examinabit testes dictorum actorum debent exibere dicti actores tradehere articulos suos die mercurii instantis et dicta rea sua interogatione die Sabbati sequentis hec acta inter ipsos et deconsensu procuratorem partium quod magister johannes de Lymaria dicta rea et Johannes de S.^to nicolao clerico pro dictis actoribus ibunt et videbunt jurare Johannam de monciaco merceriam et Johannam uxorem dionisii Bilbandi testes exparte dictorum actorum nominatos et sibi necessarios datum cum Johanne de S.^to nicolao clerico dictorumque actorum procuratore et magistro Johanne Laurencii procuratore dicte ree anno 1322. die Lune in vigilia festi Beati mathei apostoli

Signé J. N.

Multi alii testes produti fuerunt contra ipsam Ream apreditis decano et magistris coram eodem Johanne de Bethunia inquisitore nomina ipsorum testium sequuntur, audo de Formeciaco frater domus dei parisiensis Johanna filia de S.^to quaire, uxor dionisii dicti Bilbant, johannes de S.^to audomaro magister faber fabrice ecclesia Beate marie parisiensis et Laurencia uxor rogerii Tourolle ou Touroutte.

Dies dicta Jacobe felicie die jovis post festum Beati Bartholomei 1322.

Acta coram nobis magistro Johanne de villa parisiensis &c. &c. die supra dicta hora prime apud Sanctum Eligium astantibus discretis viris decano

et magistris facultati medicine facultatis medicine pari=
siensis regentibus actoribus contra dominam Jacobam
felicie Ream ad Respondendum et prius petitione dic=
torum actorum tradite jn scriptis contra ipsam et ad litem
contestandum jn causa que coram nobis verti Speratur inter
ipsos et ad procedendum ulterius ut jus erit dictis die et hora
comparentibus injudicio coram nobis magistro Johanne
de S.to nicolao Clerico procuratori dictorum actorum nomine
procuratorio ipsorum et pro ipsis ex parte et Johanne Lau=
rencii procuratore dicte ree &c.a asserens procurator actor=
um omnia contempla et Singula judicta petitione fore vera
que omnia et Singula litem contestando procurator dicte
ree negavit fore vera confitendo dictam dominam Suam
fore Cirurgicam et Se intro mittere de jnfirmitatibus Extrin=
cesce apparentibus plagis et apostematis non de hiis jntrincecis
ad artem medicine Spectantibus quibus Sic actis nos asserimus
dictes partibus peremptorie parisius coram nobis ad locum
Supra dictum die hunc jnstanti hora prime precise Nisi
fuerit &c.a ad jura de calomnia Super negato et ad proceden=
dum &c.a datum ut Supra.

Signé J. de — m j.d

Inquisitio Testis contra Jacobam felicie

Testes producti coram nobis Johanne de villa parisiaca auditore causarum jn Curia parisiensi commissario depu= tato &c.a Super jnquisitione facienda ad jnstantiam magis= trorum in medicina parisius contra jacobam felicie et alios practicantes jn arte medicine et Chirurgie parisius et jn Sub urbiis Sine licentia et autoritate dictorum magistrorum ad finem quod puniantur practicatio que jnhibeatur eisdem et Examinati per Johannem de Bethunia Clericum de volon= tate dictarum partium ad hoc deputatum anno domini M.°

Illud jnstru= mentum non ad litteram jnscri= bitur Sed pro majori parte ad rei notitiam.

CCC°. XXII°. diebus infra Scriptis Super articulis et interroga=
toriis partium predictarum Eorum tenores immediate Se=
quuntur in hunc modum intendunt probare decanus et
magistri facultatis medicine parisius Regentes contra do=
minam Jacobam felicie ream quod dicta Jacoba parisius
et in Sub urbiis plures infirmos gravi infirmitate laboran=
tes visitavit urinas eorum tam conjunctim quam divisim
videndo pluries pulsus corpus et membra tangendo palpan=
do et tenendo: Item quod post hujus modi visionem urina=
rum et tactum dicebat et dixit ipsis infirmis Ego vos Sanabo
deo dante Si michi credideritis pactum de cura cum eis
faciendo et recipiendo inde pecuniam. Item quod conventione
facta inter dictam ream et infirmos aut eorum amicos de
curando eos ab eorum infirmitate intrinseca aut que plaga
Seu apostemate extra apparentibus in corporibus dictorum
infirmorum dicta rea dictos infirmos visitabat et visitabit
pluries assidue et continue eorum urinas ad modum phi=
sicorum et medicorum videndo et palpando et pulsum ac
corpus et membra eorum tangendo et tenendo. Item et
quod post hec tacta et acta dictis infirmis dedit et dat
Cirupos ad potandum confortativum laxativum digesti=
vum liquidum quam non liquidum et aromaticum et
alios potus quos capiunt et potant ac potaverunt pluries
per os eorum in presentia dicte ree ipsa hec precipiente
et dante; Item quod Super premissis pluries exercuit
et exercet continue parisius et in Sub urbiis ejus practi=
cale officium medicine practicavit et practicat de die in=
diem licet non fuerit approbata in aliquo Studio Solem=
ni parisius et alibi, et sine licentia Cancellarii Ecclesie
parisiensis dictorum que decani et magistrorum; Item
quod hoc facit contra jura ex quo non fuit nec est approbata
et quod fuit monita de mandato venerabilis viri officialis
parisiensis Sub pena Excommunicationis et Sexaginta libra=

rum

-rum parisiensium ut de cetero parisius et in suburbiis
practicaret ut premittitur faceret sub penis ante dictis
cum nec licentiata nec approbata a predictis cancellario
decano seu magistris et etiam sibi fuerit specialiter —
inhibitio ne aliter de cetero &c.a, Item quod spreta hujus-
modi monitione et inhibitione sibi facta dicta Jacoba
non approbata seu licentiata a dictis personis parisius
ut premittitur et in suburbiis ejus practicavit et practicat
infirmos incessanter visitando et potus predictos eis
dando et urinas eorum videndo et declarando ut credebat
eorum infirmitatem ut est dictum sequitur interogatorium

Interogentur testes producti ex parte decani
&c.a contra dictam jacobam felicie in quo vico parisius
visitavit infirmos, in quo loco suburbiorum, Item ut-
rum fuerint presentes in visitatione predicta. Item si
viderunt quod dicta jacoba palpavit pulsus infirmorum
causa experiendi infirmitates eorum et non aliter. —
Item super secundo articulo si viderunt dictam Jacobam
urinas inspicere et si eo animo hoc faciebat ut infirmitates
cognosceret. Item si fuerint presentes quando dicebat —
verba contenta in dicto articulo videlicet ego vos sanabo —
&c.a Item si viderint eam pacisci de salario habendo ut
ipsa curraret dictas infirmitates. Item super 3.o articulo
utrum assisterunt cum ipsa in visitatione dictorum
infirmorum et in inspectione urinarum ac tactu pul-
sorum eorumdem: Item super quarto articulo si in-
datione cirupporum erant presentes et cujus qualitatis
erant dicti cirupi et utrum digestivi seu laxativi &c.a —
utrum premissa faceret tanquam practicatrix artis
chirurgie aut medicine; Item super quinto si sint se-
cum qualibet die quando praticat in civitate parisiensi et
sub urbiis et quomodo sciunt ipsam non fore approbatam

In

In aliquo Studio generali parisius vel alibi et si eam viderunt apud montem pessullanum; Item super Sexto utrum viderunt eam monere et de officialis parisiensis potuit tales practicantes monere et cum hoc pena pecuniaria mulctare. Item super ultimo utrum viderunt eam post monitionem sic factam practicare circa practicalia medicine et in quo vico parisius et in suburbiorum et qui fuerunt visitati per ipsam et si in declaratione infirmitatem et si hoc fecerit causa lucri causa amicitie sive gratis et si premissa fecit ut tum se ipsam nominaret chirurgicam aut medicam:

Johannes de S.to audomaro tabernarius* et civis parisiensis testis productus juratus ut dicit et examinatus die anno predicto et die mercurii post festum Sancti Michaelis requisitus si novit partes in causa presenti litigantes dicit quod magistros non novit, dominam jacobam novit de visu: Item requisitus quid sciat de contentis in primo articulo respondet quod de infirmitate sua videlicet quam ipse passus est tempore nuper elapso videlicet circiter festum nativitatis beati Johannis ipsa Jacoba visitavit et pluries et urinas ipsius vidit et diligentiam quam plurimam circa ipsum et ejus infirmitatem adhibuit et adeo quod ipse credit quod nisi deus et dicta Jacoba eidem loquenti in dicta infirmitate subvenissent quod non a dicta infirmitate sanatus fuisset. Super secundo articulo respondet quod ipsa jacoba dixit ipsi quod cum ipsa loquente contrahere volebat et quod cum eo contraxit de ipsa sanando de infirmitate quam patiebatur presentibus ad hoc uxore ipsius et Johanne fabro commorante in parviso Beate marie parisiensis et dixit quod nisi ipsum sanaret de dicta infirmitate quod de pecunia ipsius nihil habere volebat interrogatus ad quantum ascendit contractus de dicta

*jn citatione jlli facta dicitur magister faber fabricie ecclie beate marie, qu'on peut rendre par fabricien de la fabrique &c.

infirmitate ipsius respondit quod habere debuit quadra=
ginta Solidos parisienses et tantum Solvit ipse loquens ut dicit
interogatus de infirmitatibus de quibus est Solita curare
que Sunt respondet quod de hoc ignorat quia plures Sunt
requisitus quid Sciat de contentis in ceteris articulis respon=
dit quod ipsa jacoba ipsum visitavit pluries et melius ut
dicit quam fecissent medici et ad modum medicorum in ejus
infirmitate et de infirmitate aliorum nihil Scit nisi de auditu
Super quarto articulo respondet quod bene scit quod ipsa jaco=
ba ipsi ministravit potus videlicet quamdam liquorem cla=
ram de qua antequam ipse potaret ipsa jacoba Seu altera
pro ea potavit quia qua erat clara et Bona prout videtur ipsi
Sed de aliis nihil Scit et quod dicta Jacoba Se collodat quia
Super omnibus residuis respondet quod nihil Scit nisi quate=
nus circa eum ipsa jacoba Sunt operata et prout predixit &ca.
Item interogatus Si prece mina dixit amore vel audio aut aliter
dicit per juramentum Suum quod non nisi propura veritate
dicenda, item interogatus quam partem mallet obtinere
in dicta causa dicit illam que jus habet. Johannes faber
commorans prope Turrim parisius testis productus &ca. die
Veneris ante festum Sti dionisii requisitus Si noverit partes
&ca. dicit quod aliquos de magistris de visu novit, aliquos non,
dictam vero jacobam novit, quia ipsi quilo quita bonum
fecit ut dicit. requisitus quid Sciat de contentis in articulis
respondet, quod patereetur ipse quamdam infirmitatem in
capite et in auribus Suis tempore magni caloris videlicet
ante festum nativitatis beati Johannis et quod ipsa Jacoba
ipsum visitavit et circa ipsum tantam curam adhibuit
quod per potationes quas Tradidit ipsi Sallatus fuit ab ejus
infirmitate et dei auxilio mediante; Interogatus quas pota=
tiones eidem tradidit quarum una erat viridis et Secunda
&ca. clariorea Sed quomodo componuntur nescit, Iterogatus

Johannes de Turre. Martinus Hermannus

si dicta Jacoba sit commeta visitare infirmos dicit quod sic
prout audivit dici a pluribus interogatus si conduxit cum ea
de sanando eumdem dicit quod non postequam fuit sanatus
ipsam satisfecit prout voluit requisitus si eam viderat alibi
respondit quod non &c. &c.

Dominus Odo de Corminiaco frater domus dei parisi=
ensis testis &c. requisitus quid sciat de contentis in articulis
&c respondit hoc de jure per suum juramentum videlicet
quod cum ipse ad festum nativitatis beati Johannis et
extitisset gravi infirmitate et tanta quod de membris
suis se juvare non poterat detentus et ipsum magister Jo=
hannes de Turre visitasset et pluries alii magistri in me=
dicina videlicet magistri Martinus et Hermannus et plures
alii et ipse se deferri fecit in domum dicte Jacobe et ibi=
dem aliquantulum fuit et tunc post modum ipsa Jacoba
ipsum visitavit et apud balneola et in domo dei predicta
et eidem debit et magister Johannes cum ipsa Jacoba
commorans potationem adiamerant et eidem fecerunt
pluria balnia et struphas ipsum que pluries unxe=
runt et tanta cura ipsum laboraverunt dicta Jacoba et
dictus Johannes quod idem Odo sanatus fuit et herbas sibi
dederunt videlicet fuilles camemille melilos et alias
herbas quam plurimas de quibus non recolit, Item quod
de consilio dicte Jacobe dictus Johannes fecit quemdam
ignem de carbonibus de longitudine et latitudine ipsius
super quo igne posuit herbas plures et post super eis
herbis fecit ipsum, cubare et ibidem jacere quo usque ipse
sudorem dedit maximum et post modum ipsum invol=
verunt in quodam linteamine et posuerunt eum in
suo lecto, et circa ipsum tantam adhibuerunt diligentiam
quod dei auxilio et dicta cura mediantibus sanatus ex=
titit interogatus si ipsa tractavit cum eo de visitando et

Sanando ipsum dicit quod non et ei satisfecit prout volu-
erit quando sanatus fuit et credit melius quam aliter pro
ea que predixit quod dicta jacoba et dictus Johannes ipsum
visitarunt et curarunt sub spe habendi salarium quam
aliter interrogatus si alibi parisius et in suburbiis visi-
taverunt infirmos dicit quod nescit nisi de auditu eo tamen
excepto nec aliud scit deponere de omnibus contentis in
articulis nisi quod audivit dici a pluribus quod ipsa est
sapientior in arte cirurgica et medicine quam magister
medicus et cirurgicus qui sit parisius &c. &c.

Clementia de Belvaco Poteria de Stanno commorans
ante palacium regis testis & die dominica ante festum beati
Luce evangeliste requisita quid sciat de articulis & respondet
per juramentum quod se nichil scire quod cum ipsa pa-
teretur infirmitatem caloris et esset in manibus phisicorum
maritus ipsius audivit dici a Johanne de S.to audomaro quod
dicta Jacoba ipsum et alios de infirmitatibus suis quas
passi fuerant sanaverat auxilio dei mediante et tunc
maritus ejus misit dictam jacobam quicumque cum
veniret ipsa jacoba respexit urinam et tetigit pulsum
ipsius nichil ei dicendo et cum hoc fecisset ipsa jacoba
fecit fieri quemdam potum de pluribus herbis videlicet
de   et aliis de quibus non recolit ad finem
quod ipsa biberet de eodem et cum dictus potus factus fuit
et ipsum videret ipsa loquens de eo propter horribilitatem
potus bibere noluit maritus que suus et phisici sui
inhibuerunt eidem ut dicit ne de ipso potu potaret inte-
rogata si sciat si alios infirmos visitaverat parisius et
in suburbiis et si fuit presens in visitationibus eorum &c.a
respondet se nichil scire preter hoc quod predixit nisi
quod audivit dici quod ipsa Johannem de S.to audomaro
et alios infirmos parisius quos non novit de eorum infirmi-
-tatibus

Sanavit &c.a Item quam partem mallet obtinere in hoc causa dicit illam que jus habet.

frater de cordellis
hermannus
mainfredus

Johanna uxor dionisii dicti bilbam commorans in vico de ferronerie parisius testis &c. interogata &c.a respondit per juramentum et quod cum circiter festum Santi Cristofori preteriti ipsa esset infirmitate febris detenta eam que in dicta Infirmitate visitarunt quam plurimi Phisici videlicet quidam frater de cordelis magister hermandus mainfredus et plurimi alii de dicta infirmitate ita fuit oppressa quod quadam die mercurii circiter festum predictum loqui non potuit Phisici que predicti eam judicabant ad mortem et ila fuisset de canisi dicta jacoba super veniret ad requestam ipsius ad eam quod cum veniret ipsa urinam vidit ipsius et pulsum ejusdem palpavit et post modum quamdam aquam ipsi claram dedit ad potandum et dedit sibi alias clisterium ad finem quod iret ad cameram et adeo laboravit circa ipsam quod a dicta infirmitate gratia dei mediante sanata extitit et et interogata si vidit ipsam jacobam alios infirmos visitare respondet quod nichil vidit quod alios infirmos visitaret preterquam ipsam sed dicit quod audivit dici quod alios infirmos curavit videlicet Johannem de S.to audomaro et plures alios quos non novit in civitate parisiensi et in villa ac in suburbiis. interogata si eam visitavit causa habendi pecuniam vel gratis respondet ipsa quod dicte jacobe nunquam aliquid tradidit pro sanando eamdem sed bene ei obtulit dari pecuniam quam ipsa jacoba recipi recusavit super omnibus contentis in articulis &c.a respondit se nichil aliud scire. interogata quam partem mallet dicit quod non curat nisi illa que jus habet.

Johanna de monciaco merceria commorans in vico de quiquempoit vidua testis producta &c.a requisita quod sciat de contentis &c. respondet quod nuper passa fuit quamdam infirmitatem circa renes pro qua fuit per undecim dies apud

Sanctum Sulpitium prope Sanctum germanum de pratis prope parisius et circa quam infirmitatem magistri Guil=bertus, hermandus mainfredus, et Thomas phisici curam adhi=buerunt quam potuerunt circa quam nichil facere potuerunt ut dicebatur et cum hoc vidisset ipsa turbata ob hoc audivit loqui de dicta jacoba et de operibus ejus et Statim fecit eam venire ad eam que cum venisset, eam vidit, et palpavit pul=sum Suum, et vidit ejus urinam et Statim cum hoc fecisset ipsa dixit ipsi loquenti quod per dei gratiam ipsa pone=ret ipsam loquentem in bono Statu que respondit quod ita volebat et tunc jacoba visitavit eam per plures dies et pluries dedit ei bibere quamdam aquam clarissimam virtute cu=jus et dei auxilio mediante Sanata fuit ut dixit. interogata Si Sciat de quo composita erat dicta aqua dixit quod nescit. interogata Si ad modum phisicorum eam visitavit dixit quod nescit, nisi ut predixit. Item Si convenit cum ea de Sanando eandem et Si pecuniam pro eo ab ea accepit respondet quod non et quod nichil habere voluit. Item Si fuerit consueta visitare infirmos dixit quod Sic ut audi=vit dici Item Si unquam ipsa loquens vidit quod dicta jacoba alios infirmos visitaret et Si fuerit presens in hoc dixit quod non Sed quod bene audivit dici a pluribus quorum nomina ignorat et de quibus non recolit quod ipsa jacoba plures infirmos Sanavit videlicet cancella=rium regis de quodam gutta ejus nepotem qui erat impo=tem in eundo et plures alios quos non novit. Item inter rogata Si jacoba eam visitavit tanquam medica aut aliter dixit quod de hoc nichil Scit nisi ut predixit nec Scit aliud deponi de contentis &c. &c.

Guilbertus

Thomas

Matthildis uxor Johannis de Sto. audomaro civis et Tabernarii parisius Testis producta &c. interogata die veneris post festum beati luce requinta Si novit jacobam de qua &c. respondet quod Sic quia ipsa est bona mulier

Item

Item quod sciat de omnibus contentis in articulis &a.
respondet quod hoc sit videlicet quod cum maritus
suus gravi infirmitate detentus esset a media quadra=
gesima ultimo preterita usque ad festum nativitatis
beati Johannis batiste, et complures medici dicto tempore
durante visitassent qui plurima remedia circa dictam
infirmitatem adhibuerant dicta jacoba ad requisitionem
dicti Johannis et mandatum ad domum ipsius accessit
et cum vidit ipsum que et pulsum suum tetigit et pul=
pavit et cum hoc fuisset ipsi johanni et ipsi loquente
dixit quod dei auxilio mediante de dicta infirmitate sa=
naret si vellent qui conjuges consentierunt in hoc expresse
et ei promiserunt satisfacere convenienter et tunc dicta
Jacoba respondit quod non pecuniam volebat nisi ipsum
sanaret, et tunc his actis statim per duo decim dies dic=
tum visitavit et tantam diligentiam circa ipsum ad
hibuit ut sanatus extitit &a. interogata quo tempore
et quomodo fuit respondet quod incepit curare in festo
nativitatis beati Johannis et pon modum curam ad =
debuit usque ad dies sequentes et de modo curandi dicit
quod ipsa jacoba johanne dedit bibere quamdam aquam
clarissimam et sibi fecit plures in plastros quos ponebat
supra pectus ipsius et non vidit ipsam jacobam curare
ipsum johannem Interogata si hoc fecit sub spe ha=
bendi pecuniam dixit quod sic quia de hoc eidem satis=
fecerunt adeo quod tenuit se pro pagata Interogata si
sit conmeta practicare parisius et si eam viderit alibi
et si ad hoc fueri presens, dixit quod nihil scit nisi de
auditu &. &a. ypos dictus Tulen serviens curie pari=
siensis testis productus &a. die sabbatti post festum
beati luce euvangeliste requisitus quid sciat &a.
respondet quod nuper idem ypo infirmus extitit et

cum visitaverunt plures magistri in medicina ipso existente febre continua et duplici continua qui magistri curam adhibuerunt ut sanaretur et cum hoc videret quod sanari non posset ipse mandavit predicta Jacoba que cum venisset ad domum ipsius ipsum et ejus pulsum tetigit et palpavit quo facto promisit sanare eundem per modum curam adhibuit circa eum eumdem sanando et dedit bibere quamdam aquam clarissimam virtute cujus ad cameram ivit et de subtus se purgavit febrem que qua opressus fuerat et erat amisit et mediante cura sic facta sanatus extitit quod facere non potuerunt medici qui eum visitabant interogatus si sciat in quo vico parisius dicta visitavit infirmos et in quo loco suburbiorum et si unquam fuit presens in visitatione quam faceret et si viderit quod urinas inspexit causa cognoscendi infirmitates et si promisit aliquos infirmos sanare pro salario habendo et si sit consueta practicare parisius et in suburbiis respondet quod nihil scit nisi de se ipso prout supra dixit &a. &a.

Huic instrumento inquisitionis annexa sunt alia quae tantum sunt de forma

Ratione pro facultate contra Jacobam felicie muletatam 5. paris.

Die mercurii post festum beati Laurentii 1322.

Apud Sanctum Eligium paris. coram nobis magistro Johanne de villa parisiaca auditore curie parisiensis &a. anno &a. hora prime comparentibus in judicio coram nobis magistro Johanne de S^to. nicolao clerico procuratore discretorum virorum decani et magistrorum facultatis medicine parisius studentium regentium nomine procuratorio ipsorum &a. et Johanne Laurentii

Illud instrumentum non ad litteram inscribitur

canente

canente pro domina pro domina Jacoba felicie rea ad penam quinque solidorum parisiensium decrato exper fidem &c.ª proponit dictus procurator contra dictam quod de venerabili et discreto viro officiali curie parisiensis predicto a longinquis temporibus propter utilitatem et Rempublicam statutum fuit et est ut nullus qui non sit magisterio medicine decoratus parisius nec de magistris in facultate predicta parisius regentibus et domino Cancellario aprobatus audeat parisius et ejus suburbiis practicale medicine officium exercere sub pena excommunicationis et sexaginta librarum parisiensium dicto officiali parisiensi et facultate predicte mediatim solvendarum a qualibet persona contra aliquid premissorum quomodolibet facient dum tamen prius monitus aut monita fuerit ne in dicto officio se ingerat aut contra dictum statutum faciat directe vel indirecte per se vel per aliam personam vel audeat manifeste venire aliqualiter vel occulte potissime et quod hujus modi statuti contra transgressores monitione predicta prius sibi facta et qui post hujus modi monitionem sibi factam desistat a suis predictis excessibus penas predictas virtute statuti predicti incurrant et transgressores dicti statuti debent pro excommunicatore haberi publice nuntiatis et tanquam excommunicatore ab omnibus cristi fidelibus reputari; Item et quod dicta rea pluries parisius non aprobata a dictis magistris et cancellario nec predicto magisterio decorata cirurgiam exercet dedit judiem ante et post monitionem predictam sibi factam officium practicale medicine indebite et illicite non arte sed sorte immo

Sorde usurpando officium supra dictum contra teno=
rem dicti Statuti temere veniendo et attemptando in
prejudicium dictorum magistrorum dicte facultatis
dampnum querei et utilitatis publice et gravamen
propterea quod nulli est dubium ipsam ream dictas
penas incurrisse super quibus lex et fama notorie
laborantes manifeste, sunt que adeo notoria et mani=
festa quod nulla possunt tergiversatione celari ea-
que confessa est dicta rea legitime pluries esse vera
coram honestis quare petit et supplicat dictus procura=
tor quo supra procuratorio nomine et jure modo et
forma quibus melius potest et debet virtute dicti sta=
tuti et monitionis predicte sibi facte fore excommuni=
catam summaliter pronuntiari et pecunia penam
predictam incurrisse et ad eamdem penam pecuniariam
solvendam per eamdem summam condemnari et com=
pelli causis et rationibus supra dictis officium ves=
trum implorando prout de jure fuerit implorandum –
hec dixit et proposuit dictus procurator quo supra no=
mine contra dictam Ream juris beneficio in omnibus
sibi salvo protestans de proponendo ea solumque sibi
sufficiunt de premissis et de expensis suis factis et faciendis
in lite et actione litis a parte adversa loco et tempore re=
fundendis quibus sic propositis nos assignavimus dictis
partibus peremptorie pariinia apud Sanctum Eligium
coram nobis diem lune instantem hora prime ad res=
pondendum ex parte dicte ree petitioni predicte seu
supplicationi nisi aliquod efficax proponatur et ad proce=
dendum ulterius ut jus erit datum et actum ut supra &c.
X11. P. de Crep.

Pres

Prescriptio Contumaciæ Contra Jacobam felicie, Die martis post festum SS.torum 1322.

Hoc instrumentum est de forma et in eo fit mentio de duobus paribus litterarum annexarum quarum prima in prima cauda sigillata est sigillo parochiali ecclesiæ Sti benedicti parisius et altera annexa sigillo curie officialis parisiensis que sigilla agnovit procurator dicte rée quorum tenor sequitur in hec verba. . Venerabili viro et discreto officiali parisiensi curati sanctorum benedicti et genovefe in monte; mederici, genovefe parve, salutem et obedientiam in mandatis noverit vestra discretio nos videlicet ego sancti benedicti dominam Jacobam commorantem ad batautior ego S.te genovefe in monte magistrum Stephanum Burgondum ego S.te genovefe parve magistrum Jacobum lepelé, et ego S.ti mederici Johannam Conversam margaritam de ypra Cirurgicam et Belotam judeam monuisse et eisdem inhibuisse sub excommunicatione et sexaginta librarum parisiensium ne ipsi seu eorum alter parisius et in suburbiis audeat practicare seu officium practicale medicine exercere prout in mandato vestro plenius continetur quod vobis tenore presentium sub sigillis nostris significamus datum &a. alie littera sunt tanquam legalisationem supra dictarum XII.° L. de Crepi

Hec sunt rationes quas dicit et proponit in judicio coram vobis venerabili viro magistro Johanne de villa parisiaca clerico &a. in causa mota ex parte venerabilium virorum decani et magistrorum in arte medicine et nobilem mulierem dominam jacobam felicie, dicta Jacoba contra dictos decanum et magistros ea propter procurationem petitionem monitionem et inhibitionem

quibus utuntur contra ipsam seu uti nituntur per -
modum cujus liber deffentionis primo dicit non tenetur
coram vobis. Seu dictis magistris procedere ad aliquem
actum nisi prius sibi facta fuerit fides de juridictione
vestra commissione vobis facta ac decreveritis copiam
de eadem debere fieri eidem petenti. Item dicit quod
cum magistro Johanne de S.to nicolao clerico gerente
se pro procuratore dictorum decani et magistrorum non
tenetur procedere nisi prius fidea sibi facta de man=
dato ad omnia fuit sibi concesso. Item non recedendo
a predictis sed potius adherendo eisdem super quibus
petit ante omnia interloqui dicit dicta Jacoba quod
si unquam statutum decretum monitio inhibitio
et excommunicatio quibus dicti decanus et magistri
uti nituntur contra ipsam jacobam fuerunt facte hec
fuit semel dum taxat propter et contra ydiotas et
fatuos ygnaros insipientes artem medicinalem et ejus
precepta totaliter ignorantes usurpantes officium
practicale de quorum ymo dicta jacoba est exempta et
in arte medicine experta et in preceptis dicte artis
instructa propter que statutum decretum monitio
inhibitio et excommunicatio predicte non ligant nec
ligare possunt eandem quia cessante causa cessat
effectus et predicta vicia cessant in ipsa quare &a.
Item dicta statutum et decretum &a. fuerunt facta
propter et contra predictos ydiotas et fatuos usurpantes
&c. qui tunc erant parisius officium practicale exer=
centes qui modo mortui sunt aut adeo decrepiti et
antiqui quod non possunt dictum officium exercere
ut apparet per tenorem dictorum statuti et decreti
&a. qui fuerunt facta centum duo anni sunt elapsi

quo

quo tempore nec non modum per Sexaginta annos
dicta Jacoba non erat nec fuit in rerum natura ymo
juvenis est pote trigenta annorum vel citra ut apparet
per ejus aspectum quare &c.

Item in dictis Statuto et decreto &c. continentur ista
verba Statuimus et decrevimus et ista importans et
designans tempus majus et longius seu antiquius quam
dicti centum duo anni de quo tempore antiquiori nulla
fides facta est nam dicta verba presumponunt quod alias
quo tempore confectionis litis fuerunt dicta Statutum et
decretum facta modo ita est de jure faciunt monitionem
de aliis litteris aut facto aliquo cujus facti fides debet
fieri super hoc ut apparet si quis in aliquo detrimento
&c. quare. Item jura dicunt quod omnes tangit ab
omnibus aprobari debet &c. Sed in Statuto et decreto
predictis non apparet quod vocati fuerunt magistri doctores
Bachalarii Scolares cujus libet facultatis parisiensis com-
morantes nec episcopi archiepiscopi duces, Barones, cives
et populus parisiensis quorum interterat et interest nec sunt
aliqui nominati in dicto statuto unde cum in absentia pre-
dictorum non vocatorum fuerint facta Statutum et decretum
predicta non valuerunt nec valent et per consequens dicte
Jacobe seu alteri non nocent quare &c. Item melius est
et honestius et pius quod mulier sagax et experta in arte
visitet mulierem infirmam videat que et inquirat secreta
naturæ et abscondita ejus quam homo cui non licet predicta
videre inquirere nec palpare manus mammas ventrem
et pedes &c. mulierum. Imo debet homo mulierum secreta
et earum societates secretas evitare et fugere quarelum
potest mulier nec antea permitteret se mori quam
secreta infirmitates sue homini revelare propter hones=

=tatem

latem Sexus muliebris et propter verecundiam quam revelando pateretur et ipsis de causis multe mulieres et etiam homines perierunt in infirmitatibus suis nolentes medicos habere ne videant secreta et super hiis est et fuit vox et fama publica nec ipsa negarent decanus et magistri predicti quare &c.

Item suposito sine prejudicio quod malum esset quod mulier visitaret curaret et inquireret ut dictum est &c. animus tamen malum est quod mulier sapiens discreta et experta in predictis predicta exercuerit et exerceat quia infirmi et trius que sexus qui non sunt ausi secreta predicta homini revelare non voluerint morirentur modo ita est quod juradicunt quod minora mala permittenda sunt ut evitentur majora ideo cum dicta jacoba sit experta in arte medicine melius tamen est et sibi permitti debet quod visitet ut exerceat practicale officium quam infirmi morirentur maxime quod quibus quam in curatione curat et sanat.

Item repertum est et ita probabitur quod nonnulli infirmi utriusque sexus pluribus gravibus infirmitatibus detenti et laborentibus per opem plurimorum magistrorum in arte medicine expertorum ab infirmitatibus suis convalescere minime potuerunt licet curam et diligentiam quam potuerunt apposuissent in eos dem quos infirmos dicta jacoba post modum rogata sanavit parvo tempore arte qua decet cum effectu quare &c.

Item statutum de velum monitio inhibitio excommunicatio et pena sexaginta librarum parisiensium non valent in litteris quibus decanus et magistri predicti contra dictam jacobam utuntur non valent contra ipsam jacobam nam de jure monitio seu inhibitio per judicem edenti cartium facta alieni sub pena pecuniaria non valet sed sic est in causa presenti ut apparet per tenorem dictarum litterarum quare &c.

Item

Item de jure ita est quod officiales curiarum ecclesiastica-rum non possunt cognoscere super excessibus et delictis nec punire delinquentes nisi ab eis auctoritate cujus sunt officiales eis sit personaliter commissum sed non apparet per dictas litteras quod officialis qui Statutum et decretum monitionem inhibitionem et Excommunicationem recitetur et ordinavit propter transgressores delinquentes et contrafacientes de quibus fit mentio in dicto Statuto seu decreto officialis nec extat sibi commissum ab episcopo suo specialiter quod posset predicta facere nec ita delinquentes punire quare &c.

Item de jure ita est quod Statutum decretum monitio inhibitio &c. contra utilitatem publicam facte non valent nec ligare debent aliquem sed est decretum Statutum monitio inhibitio et excommunicatio quibus utuntur dicti decanus et magistri contra dictam jacobam ipsi sunt facte hec contra utilitatem publicam quia omnes infirmos quos habent et habet quare & concludit quod est discreta in arte medecinali quia exitus acta probat quare &c.

Item presumendum est de jure de quibus utriusque sexus quod sit bonus et bene agens et in arte intromittit se donec probetur contrarium et fortiori ratione veniens presumptio prius est quod sit bonus et bene agens in arte de qua se intromittit qui cum effectu bene et sapienter operatur sed dicta jacoba bene et sapienter agit et exercet artem medicinalem practicat et Exerceat et omnes indifferenter suos patientes curat et sanat ergo presumendum de jure quod bene sciat artem medicinalem ymo verum est dicere quod sciat artem et experientiam tali modo ita est quod statutum decretum monitio &c. facte fuerunt propter ignorantes et insipientes qui male utebantur arte medicinali et non propter sapientes quare &c. hiis et aliis rationibus quas suppleat

discretio judicanti dicit dicta Jacoba quod non valuerunt nec valent decretum statutum monitio inhibitio et excommunicatio predicte et per consequens non valet petitio ex parte decani et magistrorum facta contra ipsam nec sibi inhibere practicale officium potestis imo debetis ipsam absolvere ab impetitione partis adverse et hec petit per diffinitivam vestram sententiam pronuntiari partem que adversam in expensis suis legitimis condemnari causis et Rationibus antea dictis vestrum officium implorans in quibus fuerit implorandum et hec dicit et petit salvo sibi juris beneficio addendi diminuendi &c. protestans de suis expensis et offerens se probaturum ea solumque probare tenetur de predictis propositis et super aliis residuis finaliter proponendis datum anno domini mille simo trecentesimo vicesimo secundo die martis post festum omnium sanctorum

facultas responsa dedit contra Rationes allegatas a dicta jacoba que replicationes dedit contra illa, sed has replicationes de stilo et forma processus compositas inscribere in hoc codice inutile visum fuit.

Liste des practiciens illicitement

Depar M. Mainfroy in practicans inderement

Jehanne Clarisse

m^e. Robert Lequere

Jehan de Silli

m^e. Jean de Plaisanche

franchois de Pavie

m^e. Guillaume de Savoie

fée morgan Epicier

Jean de Plaisanche Epicier

Berthelerin de Saint Lespicier

Philippe

Philippe de Berigni espicier
Regnier lespicier
nicole de gaillon
Jehan, et Benoin de Gaillon
Jehan Poitevin Lerbier
assot. Lerbier
Le bidaut, Lerbier
Pierre amadour espicier
Laurey le Guerrier
M. Bernard le Bidaut
M. Simon Godecat
M. Marin de Beru Sirurgien
M. Paris nouvel venu lombart
averot le cambriere Clarine
Laurence femme de Jehan de Gaillon
M. Remon le Bidaut.

Reglemens Concernant les Apothicaires.

La faculté de medicine pour le pourfit commun.

Premierement que tout li apothecaire et espicier de Paris soient appele chascun au pardevant vous une fois et jurechent quils feront loialement a leur povoir le mestier de lapotheque et de lespicerie Et Ke il aront lanthidotaire nicolas Corrigies et samblant autel lun comme lautre

Item que il aront leurs pois vrais et justes tous samblans selonc le pois des foires et des cites renommées et auront leur pois de cuivre de livre jusques au crupule et aprou-

vés aussi comme li orfevre ont leleur et aura Kascuns
le sien.

Item quil ne mettront en leur rechetes nulle medechi=
nes corrompues de quoi la vertus soit exalée outreement
et Kel nosteront par les chieres medechines pour mettre
les vils et en che est entendu que jl ne doivent pas mettre
plus petit pois de chieres medechines que des vils et name=
miseront par les rechetes des opiates ne des medicines
nicolas, qui sont faittes ansiel et sil ne point trouver
aucunes des simples medecines pour mettre en aucune
confection jl ne mettront pas quid pro quo se nen selonc
le livre qui leur en bailliez.

Item Ke li dien de medecine et uns apothecaires qui soit
esleuz par la faulté de medechine qui toutes les fois que
jl cuideront Ke bien soit appelés avec autres Kil verront
que bon soit visiteront les apotheKes et saveront leur
etat et si jl treuvent aucunes medecines simples corr=
umpues ou mauvaises ou aucunes confex xions fausses
ou corrumpuës ou mauvaises ou de mauvaises choses
confites quils aient pooir de prendre les et degaster si
Ke eles ne soient venduës pour les peris qui en porroient
istre.

Item quant ledis apothecaire dispenseront aucunes
receptes de nicolas de medecines laxatives de opiates jls ne
les confieront pas jusqua tant quils les auront monstré —
audit doien et audit apothecaire et quant ils les aront
confité jl escriront dessus le mois Ke eles furent faittes
si ques quant elles seront tres aléea len les jectera

Item jls ne venderont ne ne bailleront nu les medecines
laxatives ne venimeuses ne perileuses ne qui puisent faire
abortir simples ne composées a nules personnes sans conseil

de

de tel phisicien qui soit aprouvéa en letude de Paris ou en autre estude sollemnea

Item que nus ne tiengne mestiev de lapothere se il ne scet lire ses reetretes ou se il na entour li persone qui le sache faire

Item que dechi en avant nus ne puist lever le mestier de lapotheke durkes atant quil soit seeu dudit doien et dudit apothecaire quil soit souffisans de faire siros et confectures et che quil appartient au mestiev et ke il aie demouré a Paris en maison dapothecaire jure par ij. ans au plus

Item se il ont fait aucunes medechines pour aucunes personnes et par lordenanche de Phisicien une autrefois ils ne bailleront une cheie medecines se nest par commendement et ordenanche de Phisicien

Et au dos est escrit
ordinationes de apothecariis que debent ostendi magistris de parlemento.

Dies dicta Johanni ~~Civori~~ ~~Lisloris~~ pannorum die Lune post festum assumptionis beate marie 1322.

Coram vobis magistro Johanne de Villa parisiaca auditore &c. proponit et dicit in jure procurator discretorum virorum . . decani et magistrorum facultatis medicine parisius Regentium nomine &c. actor contra johannem ~~Civorum~~ (libloys) pannorum et Johannam ejus uxorem (conversam) reos, quod a venerabili viro et discreto officiali curie parisiensis predicto a longis quis temporibus propter utilitatem et rempublicam statutum fuit et est, quod nullus qui non sit magisterio medicine decora-

tus parisius nec a magistris in facultate predicta parisius regen=
tibus et a domino cancellario aprobatus audeat parisius et
ejus subvrbiis practicale medicine officium exercere sub pena
excommunicationis et sexaginta librarum parisiensium —
dicto . . officiali parisiensi et facultati predicte mediatim —
solvendarum, a qualibet persona contra aliquod premissorum
quomodo libet faciente dum tamen prius monitus seu monita
fuerit ne predicto officio se jngerat aut contradictum statutum
faciat directe vel jndirecte per se vel per alium premissa vel
audeat manifeste venire aliqualiter vel occulte; Item quod
hujus modi statuti transgressores monitione predicta prima
sibi facta et qui post hujus modi monitionem sibi factam
non desistunt a predictis suis excessibus penas predictas vir=
tute statuti predicti jncidunt et jncurrunt et tanquam trans=
gressores statuti debent pro excommunicatis publice nuntiari
et tanquam excommunicati ab omnibus cristi fidelibus evi=
tari; Item et quod dicta Johanna dicto marito suo dictae
consentiente et volente non aprobata a dictis magistris et
cancellario jn arte medicine nec predicto magisterio decorata
ante et post monitionem predictam et jnhibitionem sibi
factam sub penas predictas ne de cetero practicaret plu=
ries parisius et de die judicem exercuit et exercet officium
practicale medicine praticavit et practicat jndebite et
jllicite non arte sed forte jmo sorde usurpando officium
supra dictum; Item et quod dicti rei ad hoc vocati et
presentibus in judicio coram dicto officiali parisiensi ad
requestam procuratoris dictorum decani et magistrorum
fuit a dicto officiali specialiter et expresse injunctum et
jnhibitum sub pena excommunicationis et sexaginta
librarum &c.a ne de cetero post dictas jnhibitiones et injunc=
tiones sibi factas jn villa parisiensi dicta rea quo-quomo=
do practicaret quibus injunctioni et jnhibitioni sibi factis
dicti rei spontanee adquieverunt et pro-miserunt per

corum

corum fidem et juramentum de cetero a predicta practicatione et casu tangentibus desistere penitus et cessare voluerunt que dicti rei et expresse consentierunt ipsam Ream dictam excommunicationis Sententiam incurrere et ipsos reos dictas Sexaginta libras Solvere Sub obligatione omnium bonorum Suorum predicte facultati et dicto officiali Si dictam ream de cetero pariniis contigeret practicare; Item et quod dicti rei Spretis injunctione et inhibitione Sibi factis dicta rea dicto Suo marito inhac consentiente et volente pluries pariniis et post dictas injunctionem inhibitionem et monitionem praticavit et practicat indebite et illicite Sic contra fidem Suam et proprium juramentum temere veniendo et attemptando contra tenorem dicti Statuti in favorem utilitatis publice introducti ac in prejudicium dictorum decani et magistrorum magnum dedecus et vitu perium et gravamen quare nulli est dubium ipsos reos excommunicationis Summam et penam pecuniariam predictam incurrisse et Super hiis laborat pariniis publice vox et fama premissaque Sunt adeo tunc notoria et manifesta quod nulla possunt tergiversatione celari ea que confessi Sunt dicti rei pluries et legitime esse vera coram bonis quare petit et supplicat dictus procurator quo Supra nomine jure modo et forma quibus melius potest et debet dictas reas per vos domine judex finaliter pronunciari excommunicatos fore et Sui transgressores juramenti nec non et condemnari et compelli Sibi ad reddendum et Solvendum eidem dictas Sexaginta libras pro parte media Sibi contingente de eadem Summa et per vos pronuntiari et decerni ipsos reos ipsas penas incurrisse presertim cum ad hoc Sint per litteras officialis predicte obligati, causis et Rationibus ante

dictis. officium vestrum implorando super quibus de jure fuerit implorandum hec dicit supplicat et petit predictus procurator contra dictos reos juris beneficio in omnibus sibi salvo protestans de probando ea solum que sibi sufficiunt de premissis et de expensis suis factis in presenti lite et faciendis sibi a parte adversa loco et tempore refundendis datum anno die ut supra &c.

Instrumentum contra eandem Johannam conversam et ejus maritum Johannem dictum Libloua Sissorem pannarum datum anno 1322. die lune ante festum nativitatis beate marie virginis quo decanus et magistri facultatis replicant responsionibus factis a dictis conjugibus sed cum illud instrumentum sit de stillo et forma processus solummodo visum fuit pro inutile illud inscribere

Instrumentum litis contra Johannam conversam die lune ante festum sanctorum Egidii et lupi 1322.

Contra procuratorem decani et magistrorum facultatis medicine parisius Regentium eorum que petitionem editam inscriptis contra johannem Scissorem pannorum et Johannam conversam ejus uxorem coram vobis domine et magister johannes de villa parisiaca qui vos geritis pro commissario a venerabili viro . . officiali curie parisiensis recipiendo proponunt dicti conjuges quod cum dictus procurator coram vobis ulterius procedere non teneantur quousque eis facta fuerit fides de vestra commissione et copia et primo procuratorio procurationis vobis que constitit habere juridictionem per eandem commissionem et eis cum non citis capax juridictionis Ecclesiastice ordinarie judex notorie procreatus quare &c.

Item

Item et quod Supposito Sine prejudicio quod vos aliquam
juridictionem haberitis virtute dicte commissionis quod absit
Saltem dicte petitioni respondere non tenentur cum attento
tenore dicte petitionis dicta petitio Sit inepta et obscura —
inepte et obscure formata nimis que generalis nec sequitur
conclusio ex narratis Specialiter in parte illa ubi dicitur
practicale officium medicine cum illud verbum practicale
Sit nimia generale et obscuram quare &c.a Item non tenet
cum dicto procuratore ulterius procedere quousque eis Con=
staret de Statuto eorundem et qui hoc et contenta in dicta
petitione Statuere potuit et debuit de jure cum non Sint
tales persone que Statuere possint contra Sibi non subditos
officialis que parisiensis non Sit tante potestatis Seu juri=
dictionis que possit fecisse Statutum Sine cause cognitione
Saltem contra personas non ad hoc vocatas con=
fessas Seu condempnatas Seu facere Statutum tale vel con=
simile quod acorum Se habere ab eodem cum non Sit pri=
nceps Seu episcopus ad quos Spectat Statutum edite publicum
facere cum cause cognitione quare &c.a Item Supposito sine
prejudicio quod dicta petitio procederet quod absit saltem
non tenentur ulterius procedere coram vobis nisi primus pres=
tita a dicto procuratore idonea cautione de lite prosequenda
et refundendis expensis Si Succumbat in causa quare &c.a
Hiis et aliis rationibus quas Suppleat discretio judicantis
petunt dicti conjuges posse a vobis interloqui Statuique
ulterius et decerni quod jus erit dictum que procuratorem
qua Supra nomine Sibi in expensis legitimis condempnari
ratione temerarii processus offerunt Se probaturos quod sibi
Sufficiens de premissis Sique infacto consistunt protestantur
ad ea probanda Se admitti datum anno 1322. die Lune
ante festum beatorum Egidii et Lupi.

Acta questionis habito coram officiali de Johanna Conversa practicante illicite Die Lune post octavam Epiphaniæ 1326.

Acta coram nobis anno domini 1326. die Lune post octavas festi epiphaniæ ejusdem comparentibus in judicio coram nobis herveo de junla clerico procuratore Substituto facultatis medicine parisiensis nomine procuratorio ipsius ex una parte et johanna conversa rea personaliter pro se ex altera parte responsum fuit ex parte dicte ree positionibus infra Scriptis alias coram nobis ex parte dicti procuratoris Substituti quo Supra nomine contra ipsam ream positis et ab eadem rea dubitatis in causa que inter dictis partes vertitur coram nobis in modum qui Sequitur cum protestatione alias facta que tales Sunt et hee Sunt positiones ex parte hervei de junla procuratoris substituti facultatis medicine parisius actoris contra Johannam Conversam ream alias coram nobis posite et a dicta rea dubitate. Item et quod dicta rea non est nec fuit approbata per dictam facultatem parisiensem nec alibi non credit Item quod ipsa non habuit ab eo qui Sibi poterat dare licentiam practicandi parisius non credit. Item quod confessa fuit coram fide dignis quod non ministravit infirmis nisi illa in quibus non erat periculum non credit. Item et quod ipsa confessa fuit pluries quod visitabat infirmos post dictum Statutum non credit, Item et quod ipsa dicte facultati tenetur in medietate dicte pene Sexaginta librarum pro eo quod fecit contra Statutum non credit, Item quod dicta rea confessa fuit premissa vel que Sufficiunt de premissis non credit, Item quod Super hiis laborat publica vox et fama non credit, Item quod Sunt vera non credit quibus Sic actis nos assignavimus dictis partibus peremptorie

remptorie coram nobis diem Veneris instantem nisi &c.ª ad probandum primo ex parte dicti procuratoris Substituti nomine qua Supra intentionem Suam jn dicta causa et ad procedendum ulterius ut jus erit datum et actum anno et die predictis.

Et audos en cerit. collatio fit per Stephanum de Vere
Valent XII.ᵈ

Johanna Conversa de Salinis die Lune post festum omnium Sanctorum dilectos Suos et fideles Guillelmum de cerasariis Clericum, et henricum dictum de Cadomo fecit et constituit procuratores generales et nuntios speciales jn omnibus causis &c.ª et Specialiter jn causa quam procurator magistrorum facultatis medicine movere jntendit contra jpsam.

Cet acte est de forme de procuration générale.

Dies dicta Johanna conversa et facultati, die Lune ante festum S.ᵗⁱ nicolai 1324.

Instans dies Veneris est assertum coram nobis magistro Guillelmo de Venato procuratore decani facultatis medicine magistro facultatis predicte actu regenti actori contra Johannam conversam dictam La converse ad litem precise contestandum ex parte dicte ree Super petitione dicti actoris posita coram nobis et ad procedendum ulterius ut jus erit datum cum herveo de jnsula procuratore actoris et cum Guillelmo de cerasariis procuratore ree et hodie jn judicio exibuit dictus procurator dicti actoris Statutum domini parisiensis episcopi de quo fiebat mentio In jnterlocutorio datum anno domini Mill.ᵒ CCC.ᵒ XX IIII.ᵒ die Lune ante festum beati nicolai. Signé H. de jnsula

Dies dictus Johanna conversa
die veneris post festum beati Mauri abbatis 1324.

Acta coram nobis anno domini M°. CCC°. XX IIII°. die veneris post festum beati mauri abbatis anerii peremptorie coram nobis magistro guillelmo de venato procuratore facultatis medicine parisiensis actore contra Johannam conversam ream ad probandum primo ex parte dicti actoris intentionem suam in causa mota coram nobis inter ipsos et ad procedendum ulterius ut jus esset dictum diem dictis partibus presentibus coram nobis comparentibus ad dictam suam intentionem produxit tres testes quorum nomina sunt hic Johannes de furia Philippus Luce et Guillelmus de ferasariis qui prius a nobis absoluto ad cautelam quantum ad actum deponendi si absolute indigeat juramentum ad sancta dei evangelia coram nobis prestita ad deponendum veritatem et est actum inter partes et concordatum in examinatorio videlicet tum Johannem dionisii clericum testium examinatorem in curia parisiensi et quod dictus actor debet tradere articulos suos dicto examinatori die martis instantis et prima rea sua interrogata die mercurii sequentis quibus sic actis nos asserimus dictis partibus diem mercurii instantis ad probandum secundo ex parte dicti actoris intentionem suam in dicta causa et ad procedendum ulterius ut jus esset datum et actum ut supra; Testes producti in causa contra Johannam conversam sunt Stephanus Benedicti Drapperius Philippus dictus Luca procurator agnes et Johanna pedisseque Stephani benedicti alios de sancto benedicto Johannetus de furia.

Provocatio Jacobæ felicie a foro officialis Parisiensis die martis ante Ramos 1322.

Datum per copiam In dei nomine amen Universis hoc presens publicum instrumentum inspecturis notum sit quod anno Domini mill°. CCC°. vicesimo secundo indictione sexta mensis martii videlicet die martis ante ramos palmarum que fuit quinta decima dies illius mensis pontificatus sanctissimi patris ac Domini domini Johannis divina providentia pape vicesimi secundi anno septimo in mei notarii publici infra scripti et testium subscriptorum presentia coram venerabili viro magistro Johanne de villa parisiaca auditore in curia parisiensi in ejus camera vel studio apud Sanctum Eligium tunc existente circa horam prime propter hoc constituti jacoba felicie et magister nicolaus de porta qui magister nicolaus pro ipsa et nomine ipsius tenens et exibens quamdam papiri cedulam infra scriptam seu scripturam formam appellationis continentem dixit dicto magistro Johanni quod dicta jacoba et ea presente et ratum habente fieri que mondante quod dicta jacoba appellabat in scriptis ab ipsius audientia ad curiam parisiensem ad modum et formam contentos in dicta cedula seu scriptura et super gravaminibus contentis in ipsa cedula de qua idem magister nicolaus legit duas vel tres lineas vel circa cujus cedule seu scripture tenor talis est &c. quoniam appellationis remedium tam ad revelamen oppressorum &c. et sic terminatur et hec dicit et petit salvo sibi juris beneficio addendi diminuendi &c. protestans &c. datum anno ut supra.

Le surplus des actes relatés dans cet acte d'appel sont purement de forme de procedures et ne contiennent rien d'interessant, cet acte est passé par magister guillelmus de Cerasariis clericus auctoritate imperiali publicus

blicus notarius et curie parisiensis juratus testes sunt dominus Johannes de muxeyo presbiter Johannes de Sancis et guilletus auberti clericus.

Rationes Contra Jacobam Conversam

Ad jllum finem domine judex officialis parisiensis quod Johannes dictus Sibloux qui in se suscepit onus et periculum totius presentis cause pro se et Johanneta conversa ejus uxore respondere teneatur non obstantibus rationibus ex adverso propositis petitioni edite ex parte magistri Petri de Venato* magistri in medicina procuratoris facultatis medicine parisiensis nomine procuratorio jpsius facultatis et pro jpsa dicit et proponit predictus procurator nomine quo supra rationes que sequuntur primo dicit &c. reliquum hujus instrumenti agit de statuto a domino Episcopo parisiensi edito contra jllicite practicantes de quo notitia patet omnibus civibus cum a pluribus annis jn omnibus ecclesiis parisiensibus fuerit promulgatum et per consequens ligat omnes, episcopi parisiensis subditos. &c. &c. Stilo et forma processus jllud Instrumentum extenditur

* jl en dans d'autres actes appellé Guillaume

Aliud jnstrumentum extenditur contra Johannam Conversam die lune ante festum beati Clementis

Ad jllum finem domine officialis parisiensis quod Johanna de Salenis alias Salinis conversa, rea teneatur respondere petitioni edite ex parte magistri Guillelmi de Venato procuratori facultatis medicine parisiensis et quod jpse procurator ejusdem facultatis medicine nomine ejusdem condempnetur in triginta librarum parisiensium et in expensis ab jpso procuratore factis et quod dicta conversa denuncietur fore excommunicata dicit et proponit predictus procurator nomine quo supra actor non obstantibus rationibus ex adverso propositis rationes que sequuntur primo jura dicunt quod

Statuta ordinaria Seu episcoporum ligant Subditos Suos et infligant penam Subditis Suis Si contra predicta statuta venerint nam dicit capitulum quod Si episcopus Statuerit quod quicumque fecerit furtum excommunicatus Sit Si subditus Episcopi faciat furtum reputatur &ca. Cum 1°. predicta rea Sit Subdita domino Episcopo parisiensi dictus que episcopus fecit Statutum penas imponens in contra facientes de quo fit mentio in libello dicti actoris apparet Ergo dictam ream virtute dicti Statuti penas contentas in eodem incidisse et per consequens petitioni dicti actoris tenetur respondere — Item cum hoc peccatum mortale facit qui non obedit domino Suo nam dicit capitulum obedite enim dominis vestris et discolis et protervis cum igitur dictus dominus Episcopus Sit dominus dicte ree apparet eam ipsam debere obedire dicto domino Episcopo quantum cumque durum esset statutum quod non confitetur dictus actor immo est equum et rationabile ut inferius apparebit nec obstant frivole rationes ex parte dicte ree proposite ad primam rationem cum ipsa Supplicat quod vult videre procurationem magistri Guillelmi ad hoc Respondet idem actor quod promptus est exibere cum effectu et jam alias Exhibuit ad aliam rationem quod ipsa vult originalia Statuti videre Salva gratia petentis non videbit nec videre debet de jure nam cum Statutum Sit publice notum et quatuor menses Sint elapsi post quam fuit promulgatum per omnes Ecclesias parisiensis et Statutum a tempore Sue promulgationis post duos menses omnes ligat apparet Ergo eam non debere dictum Statutum ignorare immo reputatur esse in lata culpa que dolo equiparatur Si ignoret quod omnes intelligunt et per consequens eidem non Subveniendum nec dictum Statutum Certifficandum quod ignorati juris non Subvenitur et Statutum reputatur esse jus et qui certus est vel debet certiorari non debet cum ergo dicta rea

certa debuit esse quod apparet per predicta apparet ergo predictum Statutum eidem amplius non debere certificari et immo dicit lex quod si prescriptum erat ut non contra fieretur cum parvo quod erat taberne prepositus is qui contraxit cum eo perscriptionem factam ignorans non excusatur nec potest agere contra ipsum propter hoc quia publice erat notum ex quo ergo publice predictum Statutum est notum quod apparet per predicta ergo ignoranti predictum Statutum non subvenietur et ad aliam rationem cum dicit quod constitutio debet esse honesta et justa et rationi consona nec debet continere aliquod obscurum Et respondet dictus actor et dicit quod dicta ratio facit pro se et quod predictum Statutum est rationi naturali consonum et honestum nam predictum Statutum voluit providere infirmis et laborantibus ut meliori modo et saniori possent sanari et quod per illos possent sanari qui magis in medicina essent experti et qui magis et securius scirent sanare commodere administrate vel scire debent et ut obviaretur facultatibus et presumptionibus ignorantium se immiscentium circa infirmos et dere ad se non pertinentium immo presumptio est juris quod predicti magistri plus sciunt et scire debent in talibus cum magis vacent circa scientiam cognoscentem et loquentem de talibus infirmitatibus quam predicta rea et sibi consimiles cum sit laica nichil sciens vel saltem que debeat presumi quod debeat scire apparet ergo predictum Statutum esse honestum nec obstat quod ipsa dicit quod unicuique licitum est consolari et visitari infirmos et administrare eis necessaria illud sine prejudicio posset habere locum in visitando et consolando non tamen in administrando medicinalia herbas et talia cum sit periculo sunt talia dare infirmis nisi

ab illis qui sunt experti in dicta sciencia vel per eos-
dem approbati &c^a. ad aliam rationem quod istud sta-
tutum est comminatorium salva gratia proponentis
cum predictum statutum imponat penas in contra
facientes ut apparet per predicta ad aliam rationem
cum dicit quod predictum statutum non ligat ignoran-
tes nisi a tempore duorum mensium &c. Solutum est
&c^a. cum predictum statutum sit publice notum quatuor
jam mensibus ellapsis quare &c^a. ad aliam rationem
quod dicit quod debet procedere canonica monitio &c^a.
respondet dictus procurator actor quod illa jura que
loquuntur de canonica monitione loquuntur quantum
ad curialitatem et urbanitatem sic facientium talem
monitionem sed non loquuntur quantum ad necessita-
tem ad hoc quod de necessitate teneantur facere nam
dicit lex si tu es obligatus ad penam certam solvendam
in certa die, illa die ego non debeo te interpellare ut
solvas ut dies interpellat pro homine imo nisi solvas
michi illa die tenebaris michi ad penam igitur eo-
dem modo cum predicta rea sit dicto actori obligata
nomine quo supra virtute dicti statuti quod quidem
statutum est bonum equum et rationabile et dictus epis-
copus parisiensis fecit quod de jure facere tenetur et cum
sit publica persona dictus episcopus de jure potuit acqui-
rere actionem dictis magistris et ipsis magistris consenti-
entibus apparet ergo predictam rationem non valere
Item alio modo potest respondere nam dicta ratio potest
intelligi in obscuris et non in publice notis nam si scio
fratrem meum male agere ipsum debeo monere ex cu-
rialitate quando sit in publice notis quod constat vel
constare debet omnibus quem ad modum predictum

Statutum est publice notum et constet vel constare debeat omnibus apparet Ergo predictam monitionem Canonicam non habere hic locum nec predictum Statutum causa luci fuit factum Sed causa utilitatis vt hominis tutiori et meliori modo Sanarentur ut apparet per predicta ad alia que ipsa vult videre nomina et personas magistrorum et Salva gratia proponentis nam dictus procurator agit nomine facultatis predicte et Sufficit Si agere de jure quod Si procurator nomine capituli agat non oportet omnes de Capitulo nominare Sed Sufficit Si generaliter agere de jure ad aliam rationem de cautione respondet quod paratus est dare cautionem quam de jure Ex hiis et aliis Rationibus quas Suppleat discretio vestra petit dictus procurator nomine qua Supra pro se interloqui Status que et decerni quod jurem dictam ream per vos compelli ad Respondendum petitioni predicte et in expensis retardati processus protestans de probando quod de se offert que Sibi Sufficiunt depremiis petens ad hec admitti datum anno domini millesimo CCC.° XX°. quarto die lune ante festum beati clementis.

Admonitio officialis ad pretorem parisiensem ut clariscia de Rothomago Suae conscientiae Ecclesiae Gremio abdicata provideat die martis post festum Beati andreae 1324.

Viro Sapienti Et honesto . . preposito parisiensi vel ejus locum tenenti officialis curie parisiensis Statutem in domino cum clariscia de Rothomago auctoritate nostra ad instantiam promotoris curie parisiensis ac decani et magistrorum facultatis medicine parisius excommunicationis Summam meruerit innodari et multipliciter aggravari dictasque Summas per annum et vltra Sustinuerit et Sustineat animo

Ind—

jndurato et Sancta mater Ecclesia vltra quid facere non habeat nisi jn vocet auxilium brachii Secularis vos Rogamus et requirimus jn juris Subsidium quatenus jpsam mulierem per captionem Corporis et Bonorum Compellatis seu compelli faciatis Sydacet ut jpsam ad gremium Sancte matris Ecclesie revertatur Suam absolutionem jmpetrando tantum facientes Super hoc quod nobis quantum velletis nos pro vobis facturi in casu consimili vel majori. Datum anno domini M°. CCC°. XX IIIJ°. die martis post festum beati Andree apostoli

Instrumentum dictæ diei domicellæ agnes jndomo Clariciæ habitantis die mercurii post festum S.ti martini 1346.

Officialis parisiensis. Capiteno curato Ecclesie Sancte opportune parisius et omnibus aliis presbiteris nobis subditis ad quos presentes nostre pervenerint Salutem jndomino Vobis mandamus quatenus Citetis perenptorie et personaliter coram nobis et ex causa ad diem Crastinam, domicellam aguelem jn domo quodam claricie commorantem prope Ecclesiam preditam nobis ex officio nostro et promotori curie nostre ad denuntiationem et requestam Venerabilium Virorum decani et procuratoris Studentium parisius jn scientia medicine ad objaciendum responsuram [illegible] quequo non fieri ad dictam denuntiationem quamdam jnformationem contra jpsam jn et Super allemptatis per jpsam contra quasdam litteras monitorias per reverendum jn cristo patrem et dominum dominum f. dei gratia parisiensem Episcopum tam auctoritate apostolica Sibi commissa quam autoritate Sua ordinaria fungentem contra omnes et Singulos jn civitate et diocesi parisiensi in Scientia medicine abutentes Concessas Sigillo que Suo Sigillatas et de

mandato suo publice parisius publicatas et dicta informatione facta viruram et audituram per nos juxta seriem et tenorem dictarum litterarum monitoriarum et alias prout de jure fuerit procedendum procedatur eidem intimantes quod sive dicta die personaliter compareant coram nobis sive non, nos ad dictam informationem faciendam ipsius absentia non obstante procedemus et ulterius prout de jure fuerit procedendum contra ipsam copiam vero presentium predicte rabesse nullatenus offerentes. maxime cum nos parati sumus judicialiter ad ipsius expensas eidem copiam fieri facere de presentibus et monitoriis prelibatis si petatur per eamdem datum anno domini millesimo CCC°. quadragesimo sexto die mercurii post festum beati martini hiemis

Et audos en leiis presentibus magistris h. de altavilla y de Cervalla, johanne de Bosco, Bernardo de Turre y de Blofiero et jacobo de Tornaco h. de
Et Thomam de chesa fuerunt interogati ad
sancta evangelia super articulis a decano facultatis
prose et aliis fuerunt Johanne et
egidia ejus filia pro informatione facienda in qua protesta fuerit rea de non vintando

Declaratio facultatis qua amelina absolvitur ab imposito crimine factitandæ medicinæ 25. martii 1325.

Universis presentes litteras inspecturis . . Decanus facultatis medicinæ parisiensis salutem in domino notum facimus quod cum amelinam uxorem Johannis dicti Comin citari fecerimus coram venerabili viro . . . officiali parisiensi nobis et promotori dicti officialis parisiensis responsuram pro eo quod ex relatione aliquarum personarum datum erat nobis intelligi quod dicta amelina magisterium in arte medicine assumendo, medicinas indebitas contra privilegium domini regis francie prohibitionem

que

que ex ordinationem domini pariensis Episcopi pluries
ministraverat et Exarmerat Sententiam excommunicatio=
nis a dicta domino Episcopo parisiensi Statutum jnvoc
cam et Emendam Sexaginta librarum parisiensium no=
bis et eidem domino Episcopo mediatim Solvendarum jn=
currendo et proponebamus contra jpsam. tandem dicta
amelina ad nostram accedens presentiam asseruit jp=
sam jnnocentem et minime Culpabilem Super premissis
Sibi super pontis requirentem ut vocari faceremus Tum
magistros nostros et dicta parata erat Se purgatura super
premissis ut dicebat. Tandem que vocatis tum magistris
nostris ad diem martis post festum beati luce Evange=
liste dicta que die dicta amelina Coram nobis cum ma=
gistris que nostris magistris Johanne Bourtoul Jacobo
de portu et Richardo d'arangi comparentibus jnquisi=
tione legitima facta a nobis Super premissis eidem im=
per pontis quia amelina jpsa paravit delato a nobis
Sibi Super hoc juramento quod jpsa non Se jmmisce=
uerat arti medicine quantum ad traditionem Clisterii
Scropi vel alterius potionis aut aliter contra privile=
gium ordinationem et prohibitionem predictam nec
In futurum Se jmmiscere jntendebat jpsius purga=
tionem recepimus jpsam que absolvimus de consensu
dictorum .. magistrorum nostrorum pro toto tempore
preterito de premissis Sibi jmpositis in quantum hoc
nostram tangit facultatem presentibus etiam ad premi=
ssa domino Symone curato Ecclesie Sancti germani
veteris parisiensis Guillelmo Castrie et guillelmo de
Marpandi Clericis et pluribus aliis et in Testimonium
premissorum Sigillum decanatus predicti presentibus
duximus litteris apponendum datum anno domini
M°. CCC°. vicesimo quinto die martis predicta.

Rationes a facultate propositæ Contra Johannam Conversam Die Lunæ ante festum Sanctorum 1324.

Dicit et proponit in jure coram vobis domine officialis parisiensis magister Guillelmus de venato magister in medicina procurator facultatis medicine nomine procuratorio pro se et pro dicta facultate actor contra Johannam dictam la conuerse ream quod Statutum est factum a Reverendo in Cristo patre ac domino domino Episcopo parisiensi nec non et a rege confirmatum ne aliquis Seu aliqua intra muros parisienses et in locis circumvicinis practicet Seu visitet infirmos Sub pena Excommunicationis et Sexaginta librarum parisiensium domino parisiensi episcopo parisiensi ac dicte facultatis medietatim applicandarum nisi fuit magister in medicina approbatus per dictam medicine facultatem. Item dicit quod dicta johanna intra muros parisienses practicavit et ad huc practicat contra Statutum predictum penas predictas incurrendo Johannam dictam de curia visitando administrando eidem dictam Syrupos et alia medicinalia, — Item dicit quod dicta Johanna rea per dictam medicine facultatem non est approbata nec eidem licentia practicandi Seu visitandi per dictam medicine facultatem fuerit concessa Item dicit quod predicta Johanna contra predictum Statutum Sciens dictum Statutum Sic fore factum Seu fore valens premissa fecit Item quod precedentia omnia et Singula Sunt notoria et manifesta, in villa parisiensi et in locis circum vicinis et adeo quod non possunt aliqua Tergiversatione celari Item quod que omnia premissa confessa fuerit dicta rea et

est

est coram pluribus fide dignis fore vera et quod de premissis laborat publica vox et fama in locis in quibus partes predicte degunt quare petit et supplicat dictus procurator nomine quo supra dictam ream denuntiari excommunicatam et a cristi fidelibus tanquam evitari donec beneficium sue absolutionis a vobis meruerit obtinere nec non expenam predictarum sexaginta librarum parisiensium per vos decani esse commissam et judicatam penam sexaginta librarum pro media parte videlicet pro triginta librarum parisiensium eidem actori nomine quo supra predictam ream condempnari et condempnatam pronunciari censura qua convenit compelli ad solvendum et reddendum nomine quo supra predictam petitionem summam causis et rationibus ante dictis hoc dicit expetit dictus actor nomine quo supra omni modo jure et forma quibus melius potest officium vestrum implorando si et quando fuerit implorandum juris beneficio in omnibus sibi salvo addendi diminuendi &c^{a}. protestans de suis expensis factis et faciendis in lite et occasione litis presentis sibi a parte adversa loco et tempore refundendis offerens se probaturum ea que sibi sufficiunt de premissis datum die lune ante festum omnium sanctorum anno domini M^{o} CCC^{a}. XX iiij^{o}.

Exemplar Rationum qua communicavit Johanna Conversa

Datum per copiam. coram vobis domine officiali parisiensi Johanna de Salinis conversa contra magistrum Guillelmum de Venalo magistrum in medicina se gerentem pro procuratore magistrorum facultatis in medicina parisius et contra quemdam ipsorum magistrorum petitionem edi=

=tam

tam contra ipsam adicto procuratore concludentem ad finem quod ipsa Johanna denuntiaretur excommunicata et quod ejus maritus condempnaretur in trigenta libris parisiensibus reddendis virtute ejusdam Statuti contra quod attemptasse dicunt ut sibi imponunt de quibus fit plenior mentio in eorum petitione excipiendo dilatorie proponit ad finem quod ipsa ab instancia seu observatione medicorum absolvatur et quod dictus procurator quo supra nomine vel ipsi magistri dicte Johanne in expensis hujus condempnentur necnon ad finem seu fines meliores quibus melius potest et debebat rationes que secuntur inprimis petit et supplicat dicta Johanna originalia Statuti vel Statutorum necnon et procuratione de quibus fit mentio in dicta petitione coram vobis publice cum sua interesse Ine

exhiberi et inspici et sibi suis sumptibus copiam seu transcriptum fieri antequam ulterius procedatur et an sic fieri debeat necne petit sibi reddi et pro se interloqui et sibi super hoc inter dici et fieri quod inter dicat attentis propositis contra ipsam Item dicit dicta rea et excipiendo proponit predictis magistris ut aut virtute talis statuti si unquam fuerit non competit attento ad petita eo modo quo agitur cum magis rationem communitatis habere videantur verba Statuti proposita in libello quam rei judicate vim vel autoritatem vim propositis in ipso libello et diligenti vi et natura propositis consideratis et attentis, Item constitutio debet esse honesta et justa juri ac ratione consona nec privato commodo conscripta nec debet continere aliquod ambiguum vel obscurum ne ex hoc quemque incidere ista autem verba scilicet practicare circa infirmos et eos visitare verba sunt generalia quod nullum malum de se continere videntur immo est libere liber cuiquique et caritatum et naturali ratione introductum infirmos consolari in infirmitatibus et visitari ipsis que aliqua necessaria sub ministrare ergo ad observationem contra jus non potest fieri tale validum statutum sic ergo patet manifeste Statutum de quo fit mentio

In

In petitione minus esse rationabile jndecens et jnhonestum
et ob hoc non esse observandum et invalidum quo ad juris
effectum nec dici meretur Statutum et Si liquaret non obser=
vantes quod absit ut proponitur jn libello jam esset jn dic=
torum magistrorum potestate parisius jnfirmitantibus
laqueos injicere et Lenes eos virtute Statuti Sic remanere as=
tutos quod Sine ipsis aut Sine eorum autoritate prestita
non liceret alicui visitare Suum amicum ægrotantem et
jnfinitas pecuniarum Summas extorquere exigere per=
cipere et habere possent, Item vade esset grave et durum
ut patet ad Sensum Sic ergo patet dictum procuratorem
nomine quo agit actoris ob hoc jn Suo libello proposito
non posse agere ad petita nec Sibi competere actionem
adversus dictam ream quare &c. preterea nemo multe=
tari debet de non observantia alicujus municipalis statuti
nec tunc demum Elapso decursu Temporis duorum men=
sium a Tempore promulgati ejusdem quod autem illud
Statutum de quo fit mentio jndicto libello Si Statutum
dici debeat fuerit promulgatum nec constat nec apparet
neque fuit neque proponitur jn libello ergo non competit
jntemptata nec recte dici potest dicta rea jncidisse jndic=
ti Statuti penam quare &c. preterea Supposito Sed non
concesso quod dictum Statutum per aliquam circumlo=
cutionem diceretur rationabile et Rationi consonum quod
non videtur posse Tandem jn mente bona Seu equa et
recta jntentione et Supposito quod fuisset promulgatum
et quod dicta rea contra dictum Statutum attemptasset
quod non confitetur nec diffitetur ad presens adhuc non
Sibi competeret adversus dictam ream attento ad petita
eo modo quo agitur cum de vi et natura facti propositi
in libello nulla actio Efficax eisdem magistris ex hoc
Tribuatur quod ad juris Effectum nam jn Talibus

cum propositum quod rea practicat vel visitat infirmos et locum habere videretur potius et procedere deberet

monitio in executio in monitio=

nem Executionem emendationem ut desisteret vel cessaret sub certa pena si dicti magistri vel illi eorum interessent scirent crederent vel viderent aut premunerent ex aliqui=

bus certis et verisimilibus matum aut

corporis periculum ex ipsius rei practica=

tione vel visitatione vel pluribus contiguisse aut sequi debere secundum sue facultatis et doctrine experientiam nec possent pro vero asserere dicti actores quod ipsius rei visitatio vel praticatio aliquem lesem

vel dampnum alicui dederit vel in mortis periculo, vel aliter constituerit cum nec de propositis contra ipsam re=

am sua interesset nisi propter ipsorum sic agentium in ordinati appetens ambitionis et lucri captandi cupidita=

tem propter quod forte dicti Statuti per dictos magistros sub quibusdam quesitis coloribus et palliationibus sub obreptitiis et subreptitiis impetrati propter eorum pecuni=

arum commodum et in multorum aliorum dampnum jacturam et prejudicium quare &c.a Item circumscripto predicto jure quod premittitur super hiis reddito in casu seu illo eventu et non aliter ubi oporteret dictam ream respondere super contentis in libello et quod ipsa ad hoc teneretur de jure petere supplicat dicta rea declarari fieri nominationem personarum seu magistrorum agen=

tium et cautione idonee danda de lite prosequenda et de refundendis expensis si succumbant in causa dicens hoc sic fieri debere et super hiis et aliis Rationibus a vestra discretione domine judex supplendis dicit proponit Excipit petit et supplicat ut supra cum fuple=

=mentis

mentis et Correctionibus a vobis faciendis ut jus erit ad fines predictas et intentionem et super hiis omnibus et singulis supra dictas statuatur et decernatur quod juris et Rationis fuerit vestre que discretioni videbitur faciendum vestrum officium jmplorando jmpremissis prout et de expensis suis &ca.

Signé de melde, collatione fit per me et per Herveam de jmula

Bulla Johannis Papæ XXII. junio 1330: pro lite facultatis contra Cancellarium

Johannes Episcopus Servus Servorum dei Venerabili fratri . . . Episcopo parisiensi Salutem et apostolicam benedictionem Sua nobis . . . . . decanus magistrorum regentium et non regentium et scolarium studentium parisius in facultate medicine et universi magistri jbidem jn dicta facultate studentes petitione monstrarunt quod tam ex privilegio Sedis apostolice speciali concesso eisdem quam ex statutis predictorum decani magistrorum et scolarium auctoritate apostolica editis quam etiam ut antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine quicumque licentiari volens parisius ad magisterium jn predicta facultate medicine per . . . cancellarium ecclesie parisiensis et ad quem licentiare bacallarios jn quacumque facultate parisius spectat ex speciali privilegio Sedis primo jn eadem facultate medicine per certa tempora ordinarie a magistris et Extraordinarie a Bacalariis jn facultate predicta audivisse subsequentur per certos examinatores ad hoc ab jpsis decano et magistris deputatos examinari jn facultate predicta et super Examinationem hujus-modi

Inventus ydoneus fuerit per certa alia Subsequentia tem=
pora certis modis quatuor volumina Seu libros ad minus
in dicta facultate legere ac deinde per eosdem decanum et
magistros regentes examinari et eidem Cancellario per eos
presentari debet pro licentia hujus modi obtinenda Idem
quoque cancellarius post presentationem hujus modi sin=
gulos magistros Bacallarios habentes in facultate predic=
ta et ipsos bacallarios quorum nomina in Scriptis dictus
decanus Sibi tradere debet et omnes alios actu regentes
ibidem in facultate predicta vocare tenetur et cum eorum
Singulis Sigillatim et Secrete inquirere de ipsius licentiari
volentis Scientia Sufficientia ydoneitate vita et moribus
et Si post hujus modi examinationem ipsius cancellarii
idem cancellarius invenerit eum Scientia vita et moribus
comprobatum ac Sufficientem et ydoneum ad hujus modi
licentiam obtinendam tunc demum et non aliter et certis
duntaxat temporibus ad hoc Statutis cum in predicta fa=
cultate licentiare potest et debet et hec omnia pacifice
observata fuerunt in civitate parisiensi inter cancellarios
dicte Ecclesie ac decanos et magistros predicte facultatis
medicine qui pro tempore extiterunt a tempore cujus
contrarii memoria non existit et licet petrus de capite
Stagno magister et alfonsus de Ispagnia bacallarius
in predicta facultate medicine clerici parisius commo=
rantes juraverint Statuta et consuetudines observare pre=
dicta idemque alfonsus a predictis magistris et Bacallariis
in prefata facultate medicine non audiverit nec Legerit
per tempora Supra dicta nec hujus modi examinationes
Subierit nec Solemnitates observaverit predictas nec alias
esset Sufficiens et ydoneus ut licentiaretur in facultate
predicta quia tamen prefatus Petrus eundem alfonsum
ad ejusdem alfonsi instantiam predictis decano et magistris
Inscius eidem Cancellario ut in predicta facultate medicine

tanquam

Tanquam si in eo solemnitates predicte observate fuissent et alias sufficiens et ydoneus existeret licentiaretur per eum ad magisterium in facultate predicta temeritate propria presentare presumpsit contra juramenta a se prestita temere veniendo prefati decanus et magistri predicta facultate ad quos de statutis et consuetudine supradictis pertinet inquisitio correctio et punitio excessuum qui per magistros et scolares facultatis supradicte contra statuta et consuetudines ante dicta pro tempore committuntur qui que erant et predecessores sui decani et magistri predicte facultatis qui extiterunt pro tempore fuerant in pacifica possessione vel quasi juris inquirendi corrigendi et puniendi excessus hujus modi cujus contrarii memoria non existit eosdem petrum et alfonsum intendentes super hiis ex officio inquirere contra eos ad suam fecerunt presentiam evocari sed prefati petrus et alfonsus ex quodam falso sufficienti confito gravamine tibi ab eisdem decano et magistris post quam aliquandiu in hujus modi negotio processum fuerat coram eis ut dicebant illato ad universitatem magistrorum et scolarium parisiensem ad quos ab eisdem decano et magistris predicta facultate appellatur de simili consuetudine appellaverunt dictaque universitas magistris petro de novavilla rectori dicte universitatis ac germano celati in theologia Guillelmo de falcona in decretis magistris Paulo de narbonna. Johanni malete et Thome anglici de universitate predicta clericis parisius commorantibus commiserunt ut hujus modi appellationis causam audirent et se de ipsius meritis informarent et que cumque inde invenirent eidem universitati refere curarent

Verum quia prefati magistri Petrus de novavilla, Germanus (celati) guillelmus de faliona, Paulus Johannes, et Thomas post quam in cause appellationis hujus modi aliquandiu processum fuerat coram eis nulla ex inde predicte universitati relatione nullaque alia ab eadem universitate super hoc commissione eis facta et eisdem decano et magistris dicte facultatis ad hoc non vocatis sententialiter nequiter pronuntiarunt eosdem decanum et magistros dicte facultatis male processisse dictos que petrum de Capite Stagno et alfonsum bene et legitime appellasse pro parte dictorum decani et magistrorum dicte facultatis quam primum hujus modi pronuntiatio ad eorum pervenit notitiam sentientium ex inde indebite segravari fuit ad sedem apostolicam appellatum quo circa fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis qui fuerunt evocandi et auditis hinc inde propositis quod justum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari datum avinioni e[...] nri

Julii X Exy. Kal. pontificatus nostri anno quinto decimo, Le Scel enperdu.

Procuratorio facultatis contra Cancellarium facta magistro Johanni Pipe et aliis die undecima Januarii

In nomine domini amen universi hoc presens publicum instrumentum inspecturis quod anno ejusdem domini millesimo tricentesimo tricesimo die undecima mensis januarii circa horam tertie indictione quarta decima pontificatus sanctissimi in cristo patris domini

nostri

nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.
anno quinto decimo congregatis in domo habitationis
discreti viri magistri reginaldi de fornemare magistri
in medicina locum tenentis decani facultatis medicine
In civitate parisiensi dicto magistro Reginaldo locum
tenente ac discretis viris magistris martino le Courtois
mainfredo de mediolano Johanne de Sancto quesom=
anno de mediolano yvone de guiver Britone, Johanne
de ponte-novo, Philippo de Curia Petro de fontanis, -
Johanne Pipe aegidio de gremberge Petro Pigouche,
Guillermo de Lauvana, Johanne de Jorero, Stephano de
nogento, Radulpho Pinchon. Johanne de Dya Stephano
de Calvomonte Gellone de puteo, Johanne de Courcy,
gratiano de Brixia, Johanne de halines, Johanne de
Portu, Guillermo de Barra, Dyonisio Saffray, Petro -
Poitier, Johanne de aureliaco, Johanne de Lymayo, -
aegidio de Raveria, Jacobo de Canturapta, Roberto Cardome
magistris in medicina tam Regentibus quam non regen=
tibus in dicta facultate medicine parisius et congregationem
dicte facultatis facientibus facultatem que ipsam represen=
tantibus ut dicebant qui locum tenens decani ipsius fa=
cultatis ac magistri supra nominati suo et dicte facul=
tatis medicine nomine in mei notarii publici Testium
que infra Scriptorum adhec vocatorum et Rogatorum
presencia facerunt constituerent et ordinaverunt pro=
curatores suos et dicte facultatis medicine nomine gene=
ralles Sindicos yconomos actorum negotiorum gestores
ac nuncios Speciales videlicet magistros Johannem -
pipe Johannem de Dya, Petrum de alvernia, Stephanum
de Calvomonte, Stephanum de nogento, et Radulphum
Pinchon magistros in medicina supra nominatos et -

Eorum quemlibet in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit alter prosequi valeat et ducat ad effectum ad prosequendum vice et nomine predictorum magistrorum et totius facultatis medicine predicte nomine quamdam appellationem seu provocationem per dictum magistrum Reginaldum locum tenentem decani ipsius facultatis dicte facultatis nomine contra dominum cancellarium parisiensem ad sedem apostolicam interjectam videlicet die nona mensis Januarii quam appellationem seu provocationem dicti magistri facultatem ipsam facientes et representantes in prefertis dicte facultatis nomine ratificaverunt et approbaverunt et cui etiam provocationi seu appellationi adheserunt et adherent nec non et in omnibus et singulis causis suis motis et movendis tam prosequam contra se contra quascumque personas ecclesiasticas et seculares coram omnibus et singulis judicibus personis ad agendum pro ipsis et dicta facultate medicine ipsos que deffendendum conveniendum, reconveniendum, litem sentites contestandum jurandum in ipsorum animas tam de calumpnia quam de malicia et de veritate dicenda ad prestandum cujus liber alterius generis sacramentum quod postulat ordo juris proponendum et articulandum propositionibus et articulis respondendum et de novo provocandum et appellandum nominibus quibus supra et provocationes seu appellationes prosequendum innovandum intimandum et insinuandum apostolos semel et pluries super ipsis et earum qualibet petendum et obtinendum testes et instrumenta et quas cumque alias probationes producendum exibendum contra se

pro=

productos reprobandum in Testes et eorum dicta di=
cendum interlocutorias jus et diffinitivas Summas audi=
endum et ab eis et quocumque alio gravamine pro=
vocandum et appellandum et ipsas appellationes et
provocationes prosequendum et apostolos petendum
beneficium absolutionum Suarum et relaxationum
si necesse fuerit impetrandum expensum petendum
et recipiendum jurandum que super eisdem Si que sibi
adjuncte componendum compromittendum compromis=
sum fide et pena vallandum et in Romana curia
litteras apostolicas tam simplices quam legendas
gratiam et justiciam continentes impetrandum et
contra dicendum in loca et judices conveniendum et
Recusandum ipsos et facultatem predictam excu=
sandum et excusationes quas libet proponendum ju=
dicis officium implorandum alium seu alios procu=
ratores loco sui substituendum quotiens et quando
eis videbitur expedire qui eamdem seu consimilem
habeat seu habeant potestatem et eum vel eos revocan=
dum presenti procuratorio nichilominus in suo robore
duraturo et omnia alia et singula faciendum et
procurandum nominibus quibus supra que possunt
et debent facere procuratores legitime constituti et
que dicti constituentes facerent et facere ponent Tam
suo quam dicte facultatis nomine si presentes essent
licet mandatum exigant speciale promittentes dicti
constituentes michi notario publico infra scripto
stipulanti et recipienti vice et nomine omnium quo=
rum interest vel poterit interesse suo et predicte facul=
tatis nomine per fidem suam in manu mei notarii
infra scripti corporaliter prestitam se ratum gratum

et firmum perpetuo habiturum quid quid per dictos procuratores et Substitutos et eorum quemlibet in solidum actum dictum gestum ve fuerit Seu modo quolibet procuratum judicio que Sisti nomine qua Supra pro dictis procuratoribus et Substitutis et quolibet ipsorum et judicatum Solvi cum Suis clausulis universis ipsos que et eorum quemlibet relevare ab omni onere Satis dandi, acta fuerunt hec parisius, anno indictione die mense loco et pontificatu quibus Supra presentibus ad hec discretis Viris Philippo de Layo, et Guillermo Burnel clericis pluribus que aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Et plus bas est écrit

Et Ego Guillelmus Marpandi clericus abrincensis diocesis publicus apostolica et imperiali autoritate notarius premissis procuratorum constitutioni potestatis concessioni ac omnibus aliis et Singulis Supra Scriptis dum Sic dicta die agebantur una cum dictis testibus presens interfui ideirco ea publicando hic me propria manu Subscripsi Signum que meum rogatus apponi consuetum in testimonium premissorum

Exemplar procurationis factae Guillelmo de Dercona a Guillelmo Bernardi de Narbona Cancellario, Die martis post Brandones 1330. penultima Januarii

Datum per copiam Sub Sigillo curie parisiensis In dei nomine amen noverint universi hoc presens instrumentum publicum inspecturi quod anno ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo indictione quarta decima mensis

Januarii

Januarii die penultima pontificatus Sanctissimi patris
ac domini nostri domini Johannis divina providentia
Clementia Pape XXII. anno quinto decimo in mei publici
notarii testium que subscriptorum presencia personaliter
constitutus vir venerabilis et discretus magister Guillelmus
Bernardi de narbona cancellarius Ecclesie parisiensis suos
fecit constituit ac ordinavit veros certos et indubitatos pro=
curatores et nuncios speciales videlicet discretos viros magistros
Guillelmum de dercona et Bernardum dictum de arvenia
clericos ibidem presentes et onus procuratorii hujus
in se sponte suscipientes eorumque quemlibet in soli=
dum ita quod non sit conditio melior occupantis sed quod
unus eorum inceperit alter prosequi valeat et finire in
omnibus et singulis causis et negotiis quas et que idem
constituens tam suo proprio quam sue cancellarie pa=
risiensis nomine habet et habiturus est tam pro se et dicta
cancellaria sua quam contra ipsum et eamdem Can=
cellariam contra quascumque personas Ecclesiasticas
et seculares coram quibuscumque judicibus ordinariis
Extraordinariis delegatis subdelegatis auditoribus
conservatoribus arbitris arbitratoribus seu amicabilibus
compositoribus Baillivis prepositis majoribus et aliis
quibuscumque tam Ecclesiasticis quam secularibus aucto=
ritati quacumque fungentibus et quocumque nomine
censeantur dans et concedens dictis suis procuratoribus
et cuilibet in solidum eorumdem generalem plenam et
liberam potestatem speciale que mandatum agendi
pro ipso et cancellaria predictis contra quoscumque
impedientes et perturbantes ipsum et dicte cancellarie
Immunitates libertates privilegia et jura quoquomodo
aut alias qualiter cumque contra ipsa et ipsas attem=

=ptantes

ptantes publice vel occulte ipsum que constituentem Can=
cellariam predictam immunitates libertates privilegia
et jura predicta deffendendi perjurium crimina alia et
deffectus quos cumque contra impedientes perturbantes
et attemptantes predictos et alias quas cumque personas
apponendi et jurandi super eisdem conveniendi reconve=
niendi libellum vel libellos aut articulos dandi et
recipiendi exipiendi, replicandi, duplicandi triplicandi
litem seu lites contestandi jurandi in ejus animam de
calumpnia de malicia et de veritate dicenda ponendi
articulandi positionibus et articulis infundendi testes
literas et instrumenta in modum probationis producendi
et exibendi in personas dicta testium que litteras et
instrumenta partis adversi dicendi protestandi propo=
nendi concludendi transigendi componendi compromit=
tendi compromissum fide et pena vallendi jus interlocu=
torium et deffinitivas ac arbitrales sententias seu
compositiones amicabiles audiendi appellandi provo=
candi appellationem et provocationem suam intimandi
interminandi insinuandi innovandi et prosequendi apos=
tolos cum dicta juris instancia petendi absolutionis sive
et restitutionis in integrum beneficium si opus fuerit
impetrandi alium aut alios procuratores ad premissa
semel et pluries loco sui substituendi et revocandi et
iterum ipse onus procuratoris hujus resumendi et e
generaliter omnia et singula alia faciendi que in
premissis et ca tangentibus de jure consuetudine vel
alias fieri requiruntur et que dictus constituens
facere posset et deberet personaliter ibidem constitutus
licet mandatum alias magis exigant speciale ra=
tum et gratum habens et plenius habiturus quid-

quid

quid pro ipso suo et quo supra nomine per dictos procuratores suos et eorum alter utrum ac per substitutum seu substitutos ab eis aut eorum altero actum gestum vel procuratum extiterit et quolibet eorumdem et volens ipsos procuratores suos et eorum quemlibet et substitutum seu substitutos ab eis aut eorum altero relevare ab omni onere satisdandi promisit bona fide sub ypotheca suorum et dicte cancellarie bonorum pro ipsis et eorum quolibet si necesse fuerit judicium sisti et judicatum solvi in suis clausulis universis acta fuerunt hec in domo habitationis dicti domini cancellarii sita in claustro ecclesie beate marie parisiensis anno indictione mense die et pontificatu predictis presentibus et astantibus ibidem discreto viro magistro Paulo Conilli de narbona actu regente parisius in artium facultate Guillelmo Tilueti Bernardo de muro leonensis diocesis clericis curie parisiensis notariis et pluribus aliis ad premissa specialiter vocatis testibus et rogatis et ego Johannes Thierrii de aurelianis clericus apostolica et imperiali publicus auctoritate notarius hujus procurationis constitutioni ceteris que premissis omnibus una cum prenominatis testibus presens interfui et ea publicando fideliter hic me subscripsi ac solitum signum meum apposui rogatus in testimonium veritatis

Per J de aurelianis

Collatio fit per me J de aurelianis cum Bernardo de muro

Instrumentum Contra Petrum de Capite — Stangno medicum Et alphonsum de Hispania die Jovis Beator. Remigii et hilarii hora prima

In jure Coram vobis domino officiali parisiensi commissario seu subdelegato . . . areverendo in cristo patre ac domino domino parisiensi Episcopo judice unico In hac parte adomino papa dato dicit et proponit procurator facultatis medicine parisiensis nomine ipsius facultatis et pro ipsa actor contra magistrum Petrum de Capite Stangno ac contra alfonsum de hispania Bachalarium in predicta facultate quod tam ex privilegio sedis apostolice speciali eidem concesso quam ex statutis predicte facultatis auctoritate apostolica editis super hoc et confirmatis quam Etiam de antiqua consuetudine approbatis et consuetudine hactenus pacifice observata quod quicumque licentiari volens parisius ad magisterium in predicta facultate medicine per cancellarium in Ecclesia parisiensi ad quem licentiare in quacumque facultate bachalarios spectat primo licentiatus in artibus facultatem eamdem triginta quatuor non licentiatus vero triginta sex mensibus in parisiensi Studio audire tenetur et post modum per Examinatores ab ipsis decano Et magistris deputatos examinari in ipsa facultate et super Examinationem hujus modi inventus fuerit ydoneus legere quatuor Cursus sive libros quorum librorum duo debent esse Commentati et duo non commentati et unus eorum de practica in quo audiendo complere tenetur et debet in dicto Studio si in eisdem artibus licentiatus existat quinquaginta sex, et si non licentiatus sexaginta menses in facultate prefata priusquam ad Examen et ma=

= gistratum

gistratum admittatus et post modum per eosdem decanum
et magistros regentes examinari et eidem Cancellario per
ipsos presentari pro licentia obtinenda; Item predictus
Cancellarius post hujus modi presentationem singulos
magistros habentes baccallarios in ipsa facultate nec
non ipsos quorum nomina dictus decanus domino Can=
cellario tradere debet et inscriptis necnon et alios omnes
actu Regentes in facultate ante dicta secum evocare te=
netur et cum singulis eorumdem sigillatim et secrete
debet inquirere de licentiari volentis scientia sufficientia
ydoneitate vita moribus ejusdem et super examinationem
tatem dictus cancellarius licentiari volentis scientia vita
et moribus invenerit comprobaverit et sufficientem seu
idoneum ad licentiam obtinendam in predicta facultate
tunc demum et non aliter et certis duntaxat temporibus
ad hec statutis videlicet de biennio in biennium cum
licentiarum petentibus potest et debet dictus cancellarius
licentiare in predicta facultate; Item quod premissa fue=
runt in civitate parisiensi pacifice consueta inter cancel=
larium dicte ecclesie ac decanos et magistros dicte facul=
tatis medicine, qui hactenus pro tempore extiterunt et
tempore tanto cujus contrarii memoria hominum non
existit; Item quod predictus de capite Stagno magister
de Alfunsus de hyspania baccallaureus in facultate pre=
dicta clerici parisienses commorantes statuta et consuetu=
dines ante dictas juraverunt observare; Item quod licet
dictus alfunsus a predictis magistris ordinarie et baccalau=
riis extraordinarie in predicta facultate minime audivit
neque legit per tempora supra dicta nec examinationes
supra dictas subiit nec solempnitates ante dictas ob=
servavit jmo eas spreverit et servare obmisit nec erat
sufficiens et ydoneus ad licentiam obtinendam in predicta

facultate predicta petrus dictum alfunsum ad ipsius alfunsi requestam predictis decano et magistris inscius eidem Cancellario ut et predicta facultas medicine tanquam si meo solempnitates predicte fuissent observate et alias si ydoneus et sufficiens existeret licentiare per ipsum cancellarium ad magisterium in facultate predicta temeritate sua propria presentare presumpsit contra sua juramenta ab ipso prestita temere veniendo; Item quod prefati decanus et magistri in predicta facultate ad quos de statutis et consuetudinibus supradictis pertinet inquisitio correctio et punitio excessuum qui per magistros et scolares facultatis medicine contra statuta et consuetudines ante dictas pro tempore committuntur et qui sunt erant et predecessores sui decani de magistri predicte facultatis qui pro tempore extiterunt fuerunt et sunt in pacifica possessione vel quasi juris Inquirendo Corrigendo et puniendo hujus modi a tempore cujus contrarii memoria hominum non extitit predictos Petrum et alfunsum ut supra tinc ex sui officii debito contra eos inquirerent ad se et ad sui presentiam fuerunt evocari Item quod predicti Petrus et alfunsus ex quodam falso et insufficiente ac ficto gravamine sibi ab ipsis decano et magistris pro aliquandiu in hujus modi negotio processum fuerit coram ipsis illato ut dicebant, ad universitatem magistrorum et scolarium parisiensium ad quos ab eisdem decano et magistris dicte facultatis de simili consuetudine appellantes de facto nimis juste appellarunt Item quod predicta universitas magistris petro de novavilla rectore predicte universitatis eo tunc ac germano celati in Theo=

=logia

logia Guillelma de falcona (defouquense) judiscretis
magistris Paulo de narbona Johanne maleti et Thome
anglici de universitate predicta clericis parisius commo=
rantibus commisit ut hujus modi causam appellationis
audirent et de ipsius meritis informarent et quecum=
que super hoc invenirent eidem universitati referre cura=
rent quiquidem magistri sic commissi ad inquirendum
veritatem dicte appellationis cause et ad referendum a
super hoc universitati post quam in dicta appellationis
causa aliquandiu processum extitit coram ipsis predicte
universitatis non facta relatione et non servata forma
commissionis super hoc eisdem facta ab universitate
ipsis quod decano et magistris dicte facultatis ad hoc
non vocatis summaliter nequiter et injuste de facto
pronunciaverunt eisdem decano et magistris predicte
facultatis male processisse ipsum que petrum et al=
funsum bene appellasse licet contrarium fecisse debu=
issent in prejudicium dictorum decani et magistrorum et
totius facultatis medicine contra statuta et consuetu=
dines dicte facultatis temere veniendo et ipsos et ipsam
facultatem multipliciter pregravando: Item quod ex
predicta summo seu prolatione ipsorum et contra ipsos
nec non et contra predictos Petrum et alfunsum statim
quod ad eorum notitiam devenit ad Sanctam Sedem
apostolicam cujus quo ad hoc vosestis subdelegati in
scriptis ex parte dicte facultatis extitit legitime appel=
latum et apostoli debite petiti et sunt premissa verba
eaque vera esse recognoverunt predicti appellati coram
vobis et pluries predictis decano et magistris presentibus
et alias absentibus quarum petit procurator dicte facul=
tatis omnibus modis melioribus quibus potest et debet

nomine facultatis predicte per vos domine officialis pronuntiari et decerni predictos deputatos male pronuntiasse et injuste et eorum sententiam seu prolationem esse et fuisse injustam et iniquam fuisse eque bene et legitime appellatum ex parte facultatis predicte et predictam summam seu prolationem cassari irritari, et adnihillari cassari que et irritam pronuntiari et pronunciari per vos ipsam non tenere nec valere ac non tenuisse nec valuisse attemptata que post et contra dictam suam appellationem et in ejus prejudicium revocari et annihilari causis et rationibus antedictis officium vestrum implorando ubi de jure fuerit implorandum juris beneficio in omnibus sibi salvo corrigendo detrahendo immutando declarando et de addendo eidem si quod opus fuerit protestans dictus procurator nomine facultatis predicte de probando de premissis ea solum que sibi sufficiunt de eisdem et de expensis suis factis et faciendis in lite hujus modi et occasione hujus litis quas ex nunc in judicio deducit sibi a dictis reis loco et tempore reffundendo ac etiam repetendo die Jovis festum Bealoxum Remigii et hylarii hora prima

Scellé sur simple queue de parchemin; le scel en rompu.

Provocatio Philippi de Curia et aliorum Medicorum a Cancellario die 16. octobris 1330.

In dei nomine amen. Universis per hoc presens publicum instrumentum pateat evidenter quod anno domini millesimo trecentesimo tricesimo indictione quarta decima mensis octobris die sexta decima pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri domini Johannis divina providentia . . Pape vicesimi secundi anno quinto decimo

ad

ad presentiam venerabilis viri et discreti magistri Guillelmi (Bernardi) de Narbonna magistri in Theologia ecclesie parisiensis cancellarii ac in mei que notarii publici et Testium subscriptorum ad hec vocatorum et Rogatorum presentia personaliter constitutus vir venerabilis et discretus magister Philippus de Curia actu Regens et decanus in facultate medicine parisiensi asseruit et exposuit ibidem Sermonem Suum ipsi domino cancellario dirigendo domine Cancellarie reverende magister alias ego meo et ipsius facultatis medicine ac omnium magistrorum ejusdem michi adherentium et adherere volentium nomine a vobis et ab audiencia vestra ex certis causis et gravaminibus a vobis et per vos nobis magistris et facultati medicine nostre illatis et factis alias appellavi seu provocavi petens super ipsa appellatione vobis lecta et dudum et intimata apostolos a vobis michi dari quos michi dare promisistis et non dedistis Sed dare distulistis et defertis ideo ob hoc iterum appellationi mee fortius adherendo vos instanter instantius instantissime requiro quibus supra nominibus quantum possum et debeo quantum vis michi apostolos super ipsa appellatione mea michi dare et concedere vos velitis quod si michi dare denegaveritis aut plus debito distuleritis iterum ob hoc senciens me gravatum a vobis et audiencia vestra provoco eum petenti idem Cancellarius respondit alias dixi vobis quod apostolos vobis dabo ultima die a tempore interposite appellationis et infra tempus a jure statutum alias non respondebo acta sunt hec In ecclesia parisiensi sub anno indictione mense die

et pontificatu predictis presentibus ibidem discretis viris dominis et magistris Johanne de Orlatinis, Johanne de Portu actu regentibus in medicina anselmo dicto pipe clerico Philippo de Layaco Bedello dicte facultatis et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis et rogatis. Item eisdem anno indictione mense et pontificatu predictis die decima a septima illius mensis hora vesperarum prefatus magister Philippus decanus dicte facultatis ad presentiam dicti domini domini Cancellarii iterato accedens et in eius mei que notarii et Testium Subscriptorum presencia constitutus secundo et iterato instanter instantius instantissime requisivit prefatum dominum Cancellarium ut ipse eidem suo et quibus supra nominibus super eo sua dicta appellatione apostolos vellet dare cui idem dominus Cancellarius respondit hoc alias vobis dixi quod dabo vobis apostolos ultimo die a jure prefixa nichil aliud vobis respondebo acta sunt hec Ultimo in Ecclesia parisiensi anno die mense prescriptis presentibus ibidem discretis viris dominis Petro froissardi de Kala. Guillelmo de Bordis de chaton parisiensis diocesis Ecclesiarum curatis et michaele de Combisvilla curie parisiensis et imperiali autoritate notario jurato ac pluribus aliis testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis. Item Eisdem anno indictione mense et pontificatu predictis die decima octava dicti mensis octobris in Ecclesia parisiensi hora qua vespere erant in Ecclesia parisiensi Cantate completorio incepto in ipsius domini cancellarii mei que notarii publici et Subscriptorum testium ad hec vocatorum presencia prefatus magister philippus dicens et asserens ibidem hanc presentem diem et horam completorii esse Ultimam diem et horam temporis a jure Statuti iterato instanter instantius instantissime requisivit dominum Cancellarium ut ipse prout promiserat alias apostolos

Super

Super Sua appellatione concederet atque daret cui post
multorum verborum prolationem ipsi respondit quis estis
vos qui petitis apostolos a me vobis dari Ego Sum magister
Philippus de Curia magister in medicina et decanus fa=
cultatis parisiensis notorie electus et vocatus cui alias
nomine facultatis mee quod et omnium magistrorum
ejusdem facultatis michi adherentium et adherere volen=
tium nomine et pro ipsis processis gravaminibus a vobis
nobis et facultati predicte illatis in appellatione mea
vobis insinuata et publicata alias inserta provocavi
Seu appellavi et michi dare apostolos Super illa ultima
die temporis juris prominentis cui dictus cancellarius
respodit ostendetis Si habeatis mandatum quod Sitis
decanus quia nego quod Sitis decanus cui dixit idem
decanus notorium est parisius domine quod ego Sum et
a vobis provocavi vere non credo quod Sitis decanus
Tamen offero me paratum quod Si esset aliquis qui
petere posset apostolos nomine facultatis ego darem
libenter Sed hoc michi non constat alias respondere
non curavit; acta Sunt hec in ecclesia parisiensi ultimo
dicta Sub anno indictione die hora completorii et ponti=
ficatu predictis presentibus ibidem discretis viris magistris
Symone de Wauchy, Johanne de Sartis actu regente
parisius in artium facultate Roberto de Boncourt,
Johanne de Daiant domino Petro Sontif Petro de
Caleya, et arnaldo clerico Senescali Bellicardii ac
pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Et ego andreas dictus Barnage de longolio clericus
Belvacensis diocesis apostolica et imperiali publicus
auctoritate notarius quia premissis apostolorum
petitionibus requisitionibus et refusionibus factis ut supra

sequntur dum agerentur et fierent presens jnterfui jdeo hunc publico jnstrumento ex jnde confecto Signum meum Solitum apponi manu propria me Ilic Subscribens rogatus jn testimonium premissorum ac fid. veritatis

Decretum rectoris petri de novavilla pro appellatione Petri de Capite Stagno doctoris medici et alphonsi de hispania Bacalaurei die Sabbatti post Epiphaniam
1330.

Datum per copiam Universis presentes litteras jnspecturis Petrus de novavilla Rector universitatis magistrorum et Scolarium parisius Studentium Salutem jn domino Sempiternam lux via veritatis et vita testimonium luminis et veritatis missis jn mundum per quod evidenter ostenditur quod Supporum amatorum luminis nonsolum nativo rationis jnstinctu Sed et divini operis exemplo ad per hibendum testimonium veritati redduntur Efficaciter obligati quo circa tam presentibus quam futuris sub testimonii forma dignum duximus notificandum quod cum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo die sabbati post epiphaniam ejusdem jn nonis beate marie essent deputati per nos vocati congregati apud Sanctum Maturinum parisius videlicet magister germanus celati jn Theologia, magister Guillelmus de falcosa jn decretis, magister Paulus de Narbona loco procuratoris gallicorum, magistri Johannes maleti Normanorum et Thomas anglicorum virtute cujusdam deliberationis facte die jovis precedenti Super causa mota jnter magistros facultatis medicine et magistros Petrum de Capite

Stagno

Stangno regentem in medicina et alfonsum de hispania Bacalarium in dicta facultate; qui quidem deputati habebant discutere utrum quedam appellatis interjecta ad universitatem predictam a magistris petro et alfonso predictis contra dictam facultatem medicine ut asserebant esset alicujus valoris aut non, notum facimus quod nos de consensu omnium deputatorum predictorum et procuratorum ibidem Existentium consideratis omnibus quod non causa de jure quam consuetudine movere poterant et debebant maxime inspecto quodam instrumento per guillelmum marpandi notarium publicum facto facientem de dicta appellatione plenam fidem dictos magistros Petrum et alfonsum diximus et dicimus appellasse et eorum appellationi deffendendum esse et quid quid contra dictos appellantes factum fuerit reputamus irritum et inane, inhibentes tum ex officio nostro quam ex parte dictorum deputatorum et procuratorum omnibus eorum interest et interesse poterit ne ipsi Sub omni pena quam eisdem infligere possumus et debemus contra dictos appellantes dicta appellatione pendente aliquid attemptent innovent aut immutent in cujus rei testimonium sigillum Rectorium dicte universitatis literis presentibus duximus apponendum datum die Sabatti et anno supra dictis. Signé de Chezy

Le Seel est perdu.

Instrumentum apostolici Notarii Contra Cancellarium Die 7.^{a} januarii 1330.

In nomine domini amen; instrumenti publici

presentis Serie cunctis appareat evidenter quod Anno
eiusdem domini millesimo trecentesimo triceximo, secun=
dum morem francie, die septima mensis Januarii, jndicti=
one quatuor-decima, pontificatus Sanctissimi jn cristo patris
et domini nostri domini Johannis divina providentia pape
vicesimi Secundi anno quinto decimo congregatis jn civitate
parisiensi viris venerandis et discretis magistris reginaldo
de fornemare locum tenente decani facultatis medicine pa=
risiensis: Johanne pipe, petro de alvernia Johanne de
Dya, Stephano de Calvomonte, Stephano de nogento, –
Radulpho Pinchon, Johanne de foussy, Sellone de puteo –
ac pluribus aliis magistris dicte facultatis medicine jn ea=
dem parisius actu regentibus ac congregationem dicte facul=
tatis medicine tenentibus ipsam que facultatem facientibus
et representantibus ut dicebant jn mei Guillelmi notarii
publici testiumque jnfra Scriptorum ad hec vocatorum
et Rogatorum presencia ad ipsorum accedens presentiam
magister Petrus de capite Stagno magister jn medicina
a quo per discretum virum magistrum Johannem pipe
jndicta facultate magistrum regentem suo et dicte facul=
tatis nomine petitum exstitit quatenus responderet veritatem
utrum ipse magister Petrus presentaverat venerando et
discreto viro domino Cancellario parisiensi magistrum al=
fonsum de portugalia bacalarium jn medicina pro licentia
jndicta facultate medicine obtinenda a domino Cancellario
memorato qui magister Petrus eidem Respondit quod hoc
erat verum quod ipse dictum magistrum alfonsum presen=
taverat pro licentia jn ipsorum facultate habenda domino
cancellario memorato; acta sunt hec jn Domo habitationis
dicti magistri Reginaldi de fornemare anno jndictione die
mense et pontificatu quibus supra circa horam Tertie

pre=

presentibus adhec Philippo dehayo dicte facultatis bidello
seu Serviente Guillelmo Burnel et Johanne deherim ~
clericis pluribus que aliis testibus adhec vocatis et rogatis.
deinde vero, anno indictione mense loco et pontificatus
quibus supra die octava dicti mensis januarii circa horam
prime congregatis dictis locum tenenti decani facultatis
medicine ac dictis magistris et pluribus aliis tam regenti=
bus, quam non regentibus magistris in facultate medicine
supradicta ac congregationem ipsorum facultatis tenen=
tibus ipsam que facultatem facientibus ac representantibus
ut dicebant Idem magister petrus de Capite Stanno in
ipsorum magistrorum facultatem ipsam representan=
tium, mei que notarii publici ac testium subscriptorum
adhec vocatorum et Rogatorum presencia iterato rediens
et ab eodem magistro petro tam per dictum locum tenen=
tem decani quam per dictum magistrum ipse suo et dicte
eorum facultatis nominibus plura petita fuerunt et facte
facte responsiones per eundem magistrum Petrum ad
eadem et primo petitum fuit ab eodem utrum ipse jura=
verat servare consuetudines et statuta facultatis mede=
cine supra dicte qui magister petrus respondit quod sic
illa que non sunt contra libertates et privilegia can=
cellarii parisiensis Ecclesie: Item requisitus utrum sit
consuetudo in dicta facultate medicine quod bacalarius
in dicta facultate licentiandus debet ire per singulos
magistros regentes parisius in facultate predicta ante
quam presentetur cancellario parisiensi et petere ab
eisdem quod ipsi audiant de eius questione solempni
respondit quod consuetudo erat talis in eorum facultate
supra dicta, Item requisitus utrum consuetudo sit talis
In dicta facultate quod quilibet bacalarius in dicta facul=

=tate

tate licentiandus debet audivisse per quinquaginta sex menses in dicta facultate si sit magister in artibus et si non sit magister in artibus per sexagenta menses antequam licentietur ad magisterium in eadem facultate respondit quod in dicta facultate eorum talis est et erat consuetudo nisi alias per dictam facultatem cum dicto bacalario esset dispensatum, Item Requisitus utrum Bacalarius licentiandus teneatur jurare in presencia facultatis de consuetudine primus antequam presentetur Cancellario parisiensi quod ipse bacalarius eliget unum magistrum in medicina sine fraude et deceptione sub quo licentiabitur in dicta facultate medicine respondit quod talis erat consuetudo et quod ipse met hoc juravit antequam presentaretur Cancellario pro licentia in dicta facultate obtinenda Item requisitus utrum ipse presentavit dicto cancellario parisiensi pro dicta licentia obtinenda in dicta facultate medicine magistrum alfonsum de Portugalia predictum respondit quod sic dicens quod hoc potuit facere juxta quoddam statutum in dicta facultate medicine super hoc factum quibus petitis et responsis protestatus fuit dictus magister petrus quod si alia per dictam facultatem essent attemptata contra ipsam per dictam facultatem medicine vel aliquid factum in ejus prejudicium post et contra appellationem seu provocationem et ad reverendam matrem universitatem parisiensem vel ad Dominum papam per eum interjectam quod pro nullis haberentur postque incontinenti lectum fuit in dicti magistri petri presencia quoddam statutum

con=

contentium in quondam parvolibro facultatis supra
dicte quod est tale Item quod quique Bacalarius reciperet
Licentiam contra Statuta facultatis et consuetudines vel
magister qui hoc procuraret ipso facto est privatus in
sempiternum Societate magistrorum et omni actu Sco-
lastico predicte facultatis quorum occasione premissorum
dicta facultatas habeat dictum magistrum petrum pro
parjuro privato ad que respondit dictus magister petrus
quod bene sciebat dictum Statutum sed credebat ipsum
Statutum esse contra libertates et privilegia domini Can-
cellarii parisiensis nec ipse magister Petrus procurave-
rat licentiam dari dicto magistro alfonso ut dicebat
Super quibus omnibus et singulis dictus locum
tenens dicti decani suo et facultatis supradicte nomine
petiit sibi per nos notarios publicos infrascriptos
presens fieri publicum instrumentum astantes In
testimonium premissorum invocanda acta fuerunt hec
anno indictione mense diebus horis et pontificatu a
quibus supra presentibus ad hec discretis viris
Johanne de attrio Guillelmo Burnel, et Stephano de
Canturane ac Philippo de Lay dicte facultatis bidello
testibus ad hec vocatis et rogatis Rasuram recipies
hic approba. Et plus bas est écrit

Et ego Guillelmus marpandi clericus abrincensis
diocesis publicus apostolica et imperiali autoritate
notarius premissis petitionibus et responsionibus
dictis diebus factis ut supra scribitur una cum
dictis testibus presens interfui ideo ea in hanc publi-
cam formam redigendo hic me propria manu subscripsi
signum que meum rogatus apposui consuetum in testi-
=monium

=monium premissorum.

Instrumentum notarii apostolici contra Cancellarium, die octava Januarii 1330.

In nomine patris, et filii et Spiritus Sancti Amen. noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno eiusdem domini millesimo tricentesimo tricesimo Secundum morem francie die octava mensis januarii Circa horam prime indictione quarta decima pontificatus Sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII^d. anno quinto decimo in nostrorum notariorum publicorum testium que infra Scriptorum presencia ad hec vocatorum et Rogatorum presencia ac venerabilium et discretorum virorum magistrorum Reginaldi de forne=mare locum tenentis decani facultatis medicine: Johannis pipe, Petri de alverina, Johannis de Dya, Stephani de Calvomonte; Stephani de nogento, Radulphi Pinchon; Johannis de Couny, et Ottonis de Luteo ac plurium aliorum magistrorum in dicta facultate Tam regentium quam non regentium ad hec infra Scripta et alia congregatorum et congregationem dicte facultatis medicine tenentium ipsam que facultatem facientium Seu representancium ut dicebant propter hoc personaliter constitutus discretus vir magister alfonsus de portugalia bachalarius in medicina a quo inter alia per magistrum johannem pipe predictum suo et facultatis nomine petitum extitit utrum ipse magister alfonsus juraverat Servare libertates consuetudines et Statuta facultatis medicine Supradicte atque respondit dictus magister alfonsus quod ipse juraverat articulos quos consueverunt jurare alii Bachalarii

ad

ad lecturam Cursuum admini in facultate medicine supra dicta deinde protestatus fuit dictus magister alfonsus quod si ex lubrico lingue vel ex inadvertancia aut non deliberare responderit ad petitiones eorumdem quod pro non responso habeatur dicto magistro Reginaldo suo et facultatis medicine nomine in contrarium protestante: Item Requisitus dictus magister alfonsus utrum erat presentatus cancellario parisiensi pro licentia obtinenda in facultate medicine respondit quod ipse erat presentatus cancellario parisiensi pro licentia in facultate medicine obtinenda ab eodem ad Requestam domini regis portugalie qui dictus rex pro dicto magistro alfonso licentiam petierat sibi dari in dicta facultate medicine a cancellario parisiensi memorato dicens etiam dictus magister alfonsus quod die immediate preterita in dicta congregatione facultatis ipse dicte facultati medicine supplicaverat quod dicta facultas faceret sibi gratiam super licentia habenda in facultate medicine memorata et quod unus magister dicte facultatis dictam supplicationem que graciosa erat intervenit et cum hoc dicebat quod obtulerat coram ipsa facultate ea facere que facere tenebantur Bachalarii in facultate medicine licentiandi ergo facultatem predictam et adhuc offerebat ea se facturum coram facultate predicta quibus oblatis dictus magister alfonsus dixit dicte facultati quod quia dictus dominus rex portugalie pro ipso rogaverat dictam facultatem dare licentiam in dicta facultate medicine ad preces dicti domini regis portugalie ipse libenter acciperet et reciperet licentiam in dicta facultate memoratam dicens etiam dictus magister alfonsus quod ad dictum Cancellarium parisiensem fuerat presentatus per magistrum petrum de capite Stanno magistrum in medicina pro licentia obtinenda in eadem facultate ad preces domini Regis portugalie memorate quibus

auditis Responsionibus et confessionibus per dictum magis=
trum alfonsum Sic factis dictus magister petrus de alvernia
tunc dixit suo et dicte facultatis sue nomine ut dicebat
quod quia constabat dicte facultati medicine auditis
responsionibus et confessionibus dicti magistri alfonsi ac
visis ac diligentor attentis et consideratis Statutis et consu=
etudinibus dicte facultatis quod ipse magister alfonsus
contra juramenta per eum prestitum veniendo attemp=
taverat contra dictas consuetudines et Statuta et ob hoc
perjurus erat privatus et Infamia et ideo dicebat ipsa
facultas quod ipse erat talis persona que non poterat
habere licentiam in facultate medicine supra dicta
nec pro ipso aut contra ipsum magistri dicte facultatis
deponere tenebantur post que incontinenti dictus magister
reginaldus locum tenens decani medicine memorati in=
hibuit et injunxit nomine dicte facultatis et sub dibito
juramentorum suorum tam dicto magistro alfonso quam
dicto magistro petro tunc presentibus dicto videlicet magistro
alfonso ne acciperet vel reciperet licentiam in dicta facul=
tate a dicto cancellario et dicto magistro petro ne ipse in dicta
licentia concedenda presens esset contra consuetudine et statuta
facultatis medicine supra dicte et etiam ne aliquos actus
scolasticos vel magistratus in dicta facultate medicine
exercerent quousque consilio habito cum peritis dicta
facultas medicine aliud super hoc ordinaret a quibus
omnibus et singulis dictus magister alfonsus et ad
reverendam matrem universitatem parisiensem verbo
tenus appellavit seu provocavit et dicte facultati inhi=
buit ex parte illorum ad quos appellabat ne aliquid
attemptarent contra ipsum cui quidem provocationi seu

appel=

appellationi dictus magister Petrus incontinenti adhesit et denoto ad dictam universitatem pro premissis gravaminibus sibi illatis ut dicebat provocavit et appellavit petentes tunc inde super hoc per nos notarios infra scriptos fieri publica instrumenta astantes in testimonium premissorum invocando acta fuerunt hec parisius anno indictione mense et pontificatu quibus supra presentibus adhec discretis viris Johanne de attrio Guillelmo Burnel et Stephano de Canturane clericis ac Philippo de Lay dicte facultatis bidello pluribus que aliis testibus adhec vocatis et rogatis.

Ex plura bas

Et ego Guillelmus Marpandi clericus abrincensis diocesis publicus apostolica et imperiali autoritate notarius premissis petitionibus responsionibus inhibitionibus in jumxionibus appellationibus et provocationibus et aliis omnibus et singulis supra scriptis dum sic dicta die agebantur una cum dictis testibus presens interfui et ea publicando hic me propria manu subscripsi signum que meum rogatus apponi consuetum in testimonium premissorum.

Instrumentum notarii apostolici contra Cancellarium. 9. Januarii 1330.

In nomine domini amen noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno ejusdem domini millesimo trecentesimo tricesimo secundum morem francie die nona mensis Januarii circa horam vesperarum

rarum judictione quarta decima pontificatus Sanctissimi
in cristo patris et domini domini nostri johannis divi=
na providentia pape XXII. anno quinto decimo in pre
sencia venerabilis et discreti viri magistri Guillelmi
de narbona doctoris in Theologia cancellarii Ecclesie
parisiensis mei que notarii publici ac testium infra
scriptorum ad hec vocatorum et rogatorum propter hoc
personaliter constitutus discretus vir magister reginaldus
de fornemare magister in medicina locum tenens decani
facultatis medicine parisiensis qui tam suo quam dicte
facultatis medicine et sibi adherentium et adherere
volentium in hac parte provocavit et appellavit ad S.
Sanctam Sedem apostolicam et apostolos petiit cum
instantia sibi dari a dicto cancellario prout et secundum
quod in quadam pergameni cedula per eum michi notario
publico infra scripto tradita et quam per me legi precepit
tunc et ibidem plenius continetur cujus cedule dictam
appellationem seu provocationem continentis tenor nos
citur esse talis; cum appellationis seu provocationis
remedium in subsidium et relevamen oppressorum
seu opprimi veresimiliter timentium a sacris canonibus
sit indultum et ad Romanam Ecclesiam matrem omni=
um et magistram possit provocari et appellari ut injuste
gravati et oppressi seu opprimi veresimiliter dubitantes
ejus uberibus nutriantur et agravaminibus illatis
seu etiam inferendis defendantur ac etiam tueantur.
hinc est quod cum ad nos decanum et magistros facul=
tatis medicine parisiensis nuper pervenerit quod vir
venerabilis et discretus magister Guillelmus de Narbonna
cancellarius Ecclesie parisiensis scientie medicine igna=

rus, in nostra facultate medicine licentiare magistrum alfon-
sum de yspania in nostre facultatis medicine Bacalarium
inscitum inabilem nunc ad licentiam recipiendum et intendant
in maximum prejudicium nostre facultatis ac privilegiorum
nobis tanquam uni membro universitatis parisiensis a sede
apostolica indultorum inquibus quidem privilegiis inter
cetera continetur quod dictus cancellarius in licentiandis
Phisicis bona fide permittere tenetur prout facit dictus
cancellarius examinare magistros de predicta facultate
medicine super scientia vita et moribus licentiandorum
in ipsa facultate que privilegia etiam per ipsum cancella-
rium jurata non potest nec debet aliquatenus ignorare
et Phisici examen sine emolumento aliqua dignos admi-
ttere et indignos repellere et etiam potest licentiare dun-
taxat incipere volentes in singulis facultatibus de quibus
quidem sibi constare non potest nisi per testimonium ma-
gistrorum dicte facultatis tamen secundum rationem ad ipsos
magistros quorum collegio licentiandus est aggregandus
non ad extraneos debeat recursus haberi super hoc. Item
et contra consuetudinem in facultate nostra predicta notorie
applicatam ac legitime prescriptam laudabilem et observatam
a tempore de cujus contrario hominum memoria in contrarium
non existit que talis est videlicet quod licentiandi in dicta fa-
cultate medicine debent audivisse per triginta sex menses
ad minus et deinde se exponere examini dicte facultatis
pro legendo quatuor cursus suos ad quos legendos antea
tenentur et post modum intrare examen dicte facultatis
pro licentia obtinenda requirendo quemlibet magistrum
in dicta facultate regentem ut eundem de quadam solempni
questione audiat et cuilibet dictorum magistrorum respon-
deat de una questione ad finem quod deponere possent super
scientia Bacalarii licentiandi et subsequenter debent

nomina et Cognomina licentiandorum presencia ipsius facultatis adhec specialiter vocate poni in uno Rotulo et presentari dicto cancellario et post modum ipse cancellarius debet vocare singulos magistros dicte facultatis per Bidellum ipsius facultatis juratum et cujus libet depositionem audire super scientia vita et moribus licentiandorum predictorum et sic per ipsorum depositionem dignos ad licentiam admittet et repellet indignos. Item et contra aliam consuetudinem notorie et legitime approbatam laudabilem et prescriptam videlicet quod de Biennio in Biennium duntaxat ipse cancellarius debet licentiare in loco solempni bacalarios in Theologia decretis et medicina: Item et contra plura alia privilegia tam nobis quam universitati matri nostre concessa et contra alias justas legitimos et notorias consuetudines et Statuta nostre facultatis plures que magistros dicte nostre facultatis vocari fecerit et eisdem per juramenta sua injunxit quod deponerent super scientia vita et moribus dicti magistri alfonsi licet non esset nec sit annus quo debent dari licentie in medicine sed in anno futuro nec ipse predictus alfonsus dictas consuetudines et Statuta prout est fieri consuetum servavit nec etiam ad impleverit licet ipsas tenere servare et ad implere per ipsius juramentum Corporaliter prestitum dudum est permisit sed contra ipsas consuetudines et Statuta sciens notorie venit et attemptavit temere perjurium incurrendo qua propter per dictam nostram facultatem perjurius et infamis merito reputatus pro tali deponere non debebam salva conscientia neque possum que omnia et singula premissa licet notoria per venerabilem magistrum Johannem quipe et plures alios dicte facultatis nostre magistros ad hoc deputatos per nostram facultatem dicto domino Cancellario parisiensi etiam ad cautelam Intimari fecimus eidem humiliter supplicando quatenus

contra

contra consuetudines predictas tam laudabiles et Rationabiles et Statuta non vellet attemptare aliquid sed ipsas defendere servari et tueri dignaretur prout adhoc tenebatur qui dictus cancellarius eidem respondit quod anno preterito ob reverenciam imo potius infanciam et destructionem dicte facultatis septem indignos bacalarios in facultate medicine licenciaverat et dictum magistrum alfonsum licentiaret et consuetudines nostras predictas frangeret et adnullaret nos vero attendentes gravamina predicta per ipsum cancellarium nobis et facultate nostre predicte illata et etiam comminata presertim cum dictam licentiam indignis confiteatur se dedisse de facto in magnum rei publice nocumentum et in anime sue periculum ac scandalum nostre facultatis seu prejudicium nec poten informari neque debet de sciencia dicti alphonsi nisi per magistros nostre facultatis qui deponere pro eodem non possunt nec tenentur tum ex eo quia perjurus est ut prefertur tum etiam quia ipsum nos examinaverimus quum etiam quia statuta et consuetudines ipsas non servavit nec alia complevit que notorie tenentur facere et servare bacalarii in medicina licentiandi tum etiam quia per nostram facultatem non fuerit dicto cancellario presentatus tum etiam quia anno isto scilicet anno domini millesimo CCC.^mo^ tricesimo non sunt in nostra facultate licentie concedende cum solum de Biennio in Biennium consuetum sit licentiare et anno preterito licentias contulit in nostra facultate et anno futuro dignis debeant dari licentie et non anno presenti juxta consuetudines ante dictas: ideirco Ego Reginaldus de Fornemare substitutus a decano facultatis medicine habens adhoc mandatum sufficiens senicear me et facultatem nostram medicine et singulos magistros

ejusdem per vos magistrum Guillelmum de Narbona can=
cellarium parisiensem propter premissa et singula premis=
sorum multipliciter pergravatos sentiens etiam ex
verisimilibus conjecturis a vobis imposterum amplius
aggravari ob premissa gravamina et eorum quod liber
et ne ulterius de facto cum de jure non possitis contra nos
aut singulos magistros dicte nostre facultatis procedatis
aut dicto magistro alfonso licentiam concedatis et ne dictus
alphonsus licentiam a vobis in nostra facultate de facto
recipiat cum de jure non possit nec debeat propter predicta
ad Sanctam Sedem apostolicam a vobis et contra vos domine
Cancellarie parisiensi etiam contra magistrum alfonsum
et contra omnes quos negocium presens tangit nomine
meo et facultatis nostre predicte et singulorum magistro=
rum nostre facultatis ad omnium et singulorum nobis
adherentium et adherere volentium in hac parte in hiis
scriptis provoco et appello et apostolos a vobis instanter =
instantius et instantissime nomine procuratorio predicto a
michi dari et concedi peto quos si michi dare denegave=
ritis aut plus debito distuleritis, Iterum ob hoc et prius
quo supra nomine ad eandem Sedem apostolicam provoco
et appello protestans de hac presenti appellatione seu
provocatione innovenda intimanda mutanda corrigenda
et de addendo eidem et diminuendo sicut quando et quibus
michi visum fuerit expedire supponens me nomine quo
supra et facultatem nostram predictam et omnes et singulos
magistros dicte facultatis et status nostrum protectione
dicte Sedis et a te publico tabellione hic presente loco apos=
tolorum testimonialium peto michi nomine quo supra super
omnibus et singulis premissis fieri publicum instrumentum
hic astantes in testes invocans de premissis qua appellatione
seu provocatione sic interposita; Item magister Guillelmus

Can=

Cancellarius respondit quod dictam cedulam dictam provocationem seu appellationem continentem pro lecta habebat et quod tricesima die a jure statuta eidem apostolos concederet tales quales de jure dare teneretur; acta fuerunt hec in domo habitationis dicti cancellarii in claustro parisiensi, anno et die supra dictis presentibus ad hec discretis viris magistro Stephano le Barrois egidio de Suessione et Johanne de Byon juris peritis ac Johanne de Digon magistro in artibus testibus ad hec vocatis et rogatis: Deinde vero in exitu dicte domus dicti domini Cancellarii quasi incontinenti post in mei notarii publici testium que infra sciptorum presencia personaliter constituti discreti viri magistri Johannes de Dya Stephanus de calvomonte Sello de puteo Johannes de halinis gratianus de Brixia Radulphus Pinchon, Johannes de Courcy et Johannes de Porta magistri in medicina dicte provocationi seu appellationi per dictum locum tenentem decani medicine suo et facultatis suo nomine ad sedem apostolicam interjecte adheserunt sub protestationibus, modis, conditionibus et formis contentis in eadem super quibus tam dictus magister Reginaldus quam alii adherentes petierunt sibi fieri per me notarium publicum infra scriptum presens publicum instrumentum astantes in testimonium premissorum provocando acta fuerunt hec parisius anno indictione die mense et pontificatu quibus supra presentibus ad hec discretis viris dictis magistris Johanne de Byone, et Johanne de Digon magistro in artibus Colino de Cadomo et Isnardo de aunaco clericis testibus ad hec vocatis et Rogatis.

Cyplus bas es bris

Et Ego Guillelmus Marpaudi clericus abrincensis dio=cesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius

premissis appellationi seu provocationi interpositioni apostolorum petitioni adhesionibus ac omnibus aliis et singulis supra scriptis dum sic agebantur una cum dictis testibus presens interfui ideo hic me propria manu subscripsi premissa in hanc publicam formam redigendo signumque meum apposui consuetum in testimonium eorumdem:

Et audore en leris

Die martis post purificationem petiit magister R. de Cornemare apostolos respondit quod ipse faceret loco et tempore competentibus, faceret ea que facere de jure teneretur presentibus M. Germano Celati Radulpho Langiez, et G. Burnel clericis.

Provocatio facultatis contra Cancellarium die 14. Januarii 1330.

In nomine domini amen noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno ejusdem domini 1330. secundum morem francie die quarta decima mensis januarii circa horam prime indictione quarta decima pontificatus Sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII^d. anno quinto decimo in mei notarii publici testium que infra scriptorum ad hec vocatorum et rogatorum presencia nec non venerabilis et discreti viri magistri guillelmi de Narbonna Cancellarii ecclesie parisiensis constitutus personaliter venerabilis et discretus vir magister Johannes pipe magister in medicina ac procurator totius facultatis medicine habens ad hec sufficiens mandatum tam suo quam facultatis predicte medicine nomine provocavit et apellavit ad sanctam sedem apostolicam in scriptis et ab eodem magistro Guillelmo petiit cum instancia apostolos sibi dari nominibus

nibus quibus supra prout et secundum quod in quadam
papiri cedula quam tunc in manu sua tenebat michi nota-
rio publico infra scripto legendum tradidit plenius contine-
tur cujus quidem cedule dictam appellationem seu provoca-
tionem continentis tenor noscitur esse talis cum appellati-
onis seu provocationis remedium in subsidium et relevamen
oppressorum seu opprimi verisimiliter timentium a sacris
canonibus sit inductum et ad Romanam ecclesiam matrem
omnium et magistram possit provocari et appellari veri-
similiter gravati et oppressi seu opprimi verisimiliter dubi-
tantes ejus uberibus nutriantur et a gravaminibus illatis
seu etiam inferendis defendantur ac etiam tueantur hinc
est quod cum ad nos locum tenentem decani et magistros
facultatis medicine parisiensis nuper pervenerit quod
vir venerabilis et discretus magister guillelmus de
Narbona cancellarius ecclesie parisiensis scientie medi-
cine ignarus in nostra facultate medicine licentiavit
magistrum alfonsum de portugalia in me facultate
medicine bachalarium inhabilem minime esse et non
dignum ad licentiam recipiendum nititur et intendit in
maximum prejudicium nostre facultatis ac privilegio-
rum nobis tanquam viris membris universitatis parisiensis
a sede apostolica indultorum in quibus quidem privi-
legiis inter cetera continetur quod dictus cancellarius
in licentiandis Parisius bona fide promittere tenetur
prout promisit dictus cancellarius examinare magis-
tros de predicta facultate medicine super scientia vita
et moribus licentiandi in ipsa facultate que privilegia
etiam per ipsum cancellarium jurata non potest nec
debet aliqua tenus ignorare et per hujus modi examin
sine emolumento aliquo dignos admittere et indignos
repellere et etiam potest licentiare dumtaxat incipere

volentes in singulis facultatibus dignos tamen de quibus quidem constare non potest nisi per testimonium magistrorum dicte facultatis cum secundum rationem ad ipsos magistros quorum collegio licentiandus est aggregandus non ad extraneos debeat super hoc recursus haberi), Item et contra consuetudinem in facultate nostra predicta notorie approbatam ac legitime prescriptam laudabilem et observatam a tanto tempore de cujus contrario hominum memoria in contrarium non existit que talis est videlicet quod licentiandi in dicta facultate medicine debent audivisse per triginta sex menses ad minus et deinde se exponere examini dicte facultatis per legendo quatuor cursus suos ad quos legendos antea tenentur et post modum intrare examen dicte facultatis pro licentia obtinenda requirendo quemlibet magistrum in dictam facultatem regentem ut eumdem de quadam questione solempni audiat et cuilibet dictorum magistrorum respondeat de una questione ad finem quod deponere possint super sciencia bacalarii licentiandi et subsequenter debent nomina et cognomina licentiandorum in presencia ipsius facultatis ad hoc specialiter vocate poni in uno rotulo et presentari dicto Cancellario et post modum ipse cancellarius debet vocare singulos magistros regentes dicte facultatis per bedellum ipsius facultatis juratum et cujus libet depositionem audire super sciencia vita et moribus licentiandorum predictorum et sic per ipsorum depositionem dignos ad licentiam admittere et indignos repellere, Item et contra aliam consuetudinem notorie et legitime approbatam laudabilem et prescriptam videlicet quod de biennio in biennium duntaxat ipse cancellarius debet licentiare in loco solempni bacalarios in Theologia decretis et in medicina, Item et

contra

contra plura alia privilegia tam nobis quam Universitati matri nostre concessa et contra alias justas et legitimas et notorias consuetudines et Statuta nostre facultatis plures que magistros dicte nostre facultatis vocari fecerit et eisdem per juramenta sua injunxit quod deponerent super scientia vita et moribus dicti magistri alfonsi licet non esset nec sit annus quod debent dari licentie in medicina sed in anno futuro nec ipse predictus alfonsus dictas consuetudines et Statuta prout est fieri consuetum servavit nec etiam ad implevit licet ipsas tenere servare et ad implere per ipsius juramentum corporaliter prestitum dudum est presumpserit permiserit sed contra ipsas consuetudines et Statuta sciens notorie venit et attemptavit temere perjurium incurrendo se procurando seu procurari faciendo ad dictam licentiam obtinendam dicto cancellario presentari qua propter per dictam nostram facultatem perjurus et infamis merito reputatus pro tali deponere salva conscientia non debebam neque possunt que omnia et singula premissa licet notaria per venerabilem virum magistrum johannem pipe et plures alios dicte facultatis nostre magistros ad hec per nostram facultatem deputatos dicto domino cancellario parisiensi etiam ad cautelam intimari fecimus eidem humiliter supplicando quatenus contra consuetudines predictas tam laudabiles et rationabiles et statuta non velles aliquid attemptare sed ipsas defendere servare et tueri dignaretur prout ad hec tenebatur qui dictus dominus cancellarius eidem respondit quod et anno ultimo et immediate preterito ob Reverenciam immo potius infamiam et destructionem dicte facultatis septem indignos bacalarios in facultate medicine licentiaverat et dictum

magistrum alfonsum licentiaret et consuetudines nos=
tras predictas frangeret violaret et etiam adnullaret
nos vero attendentes gravamina predicta per ipsum
Cancellarium nobis et facultati nostre predicte illata
et Etiam comminata presertim cum dictam licentiam
indignis de facto confiteatur se dedisse in magnum
rei publice nocumentum et in anime sue periculum
ac scandalum seu prejudicium nostre facultatis nec
potens informari neque debet de sciencia dicti alphonsi
nisi per magistros regentes nostre facultatis prout est
consuetum qui deponere non possunt pro dicto alfonso
nec tenentur tum ex eo quia perjurus est ut prefertur
tum Etiam quia ipsum non Examinaverunt quam
etiam quia statuta et consuetudines predictas non
servavit nec alia complevit que notorie tenentur facere
et servare bacalarii in medicina licentiandi tum etiam
quia per nostram facultatem non fuit dicto Cancellario
presentatus tum etiam quia anno isto scilicet Anno
domini Mill°. trecentesimo tricesimo secundum morem
usum et consuetudinem totius Ecclesie gallicane non
sunt in nostra facultate licentie concedende cum so=
lum debiemo in biennium consuetum sit licentiari et
anno ultimo et immediate preterito licentias in nostra
contulit facultate dictus Cancellarius et anno proximo
futuro licentie debeant dignis dari et non anno presenti
juxta consuetudines ante dictas idcirco Ego Johannes
Pipe magister in medicina procurator dictorum locum
tenentis et facultatis medicine predicte habens ad hoc
mandatum sufficiens senciens me et facultatem nostram
medicine ac singulares magistros ejusdem per vos ma=

=gistrum

-gistrum Guillelmum de Narbona cancellarium parisiensem
propter premissa gravamina et singula premissorum mul-
tipliciter per gravatas timens que ex tunc et aliis verisimi-
libus et probabilibus conjecturis a vobis in posterum
amplius aggravari considerans etiam quod melius est
ante tempus occurrere quam post causam vulneratam
remedium procurare ob predicta gravamina et eorum
quodlibet et ne ulterius de facto cum de jure non possis
contra nos aut singulos magistros dicte nostre facul-
tatis procedatis aut dicto magistro alfonso licentiam con-
cedatis et ne dictus alfonsus licentiam a vobis in nostra
facultate recipiat de facto cum de jure non possit nec
debet propter predicta ad Sanctam Sedem apostolicam
a vobis et contra vos domine Guillelmi de narbona
predicte cancellarie parisiensis et etiam contra magis-
trum alfonsum et contra omnes quos negotium presens
tangit et tangere poterit in futurum nomine meo et
facultatis nostre predicte et singulorum magistrorum
nostre facultatis ac omnium et singulorum nobis adhe-
rentium et adherere volentium in hac parte in hiis scriptis
provoco et appello supponens me nomine quo supra et
facultatem nostram predictam et omnes et singulos ma-
gistros dicte facultatis nostre et statum meum et facultatis
nostre predicte et omnium et singulorum magistrorum
dicte nostre facultatis, et nobis adherentium et adherere
volentium in futurum protectioni dicte Sedis protestans no-
mine quo supra de hujusmodi appellatione seu provoca-
tione innovanda intimanda prosequenda intimanda hiis
quorum intererit loco et tempore oportunis et de addendo
diminuendo mutando corrigendo et declarando et de plenius
appellando si, prout quando quibus michi visum fuerit

expedire apostolos que a vobis michi nomine quo supra daritales quales de Jure possum et debeo instantor ins- tantius ac instantissime peto et iterum peto quod si michi dare denegaveritis aut plus debite distuleritis iterum ob hec ut prius ad eandem Sedem nomine quo supra provoco et appello et ate publico tabellione hic presenti peto michi nomine quo supra loco apostolorum testimonialium super omnibus et singulis premissis fieri publicum instrumentum hic astantes invocans de premissis qua appellatione seu provocatione sic interposita Idem magister Guillelmus respondit quod dictam cedulam dictam appellationem seu provocationem continentem pro lecta habebat et super apostolis super dicta appellatione seu provocatione conferendis ultima die a jura statuta eidem responderet, presentibus adhec discretis viris magistro guillelmo celati doctore in Theo- logia ac arnaldo de aunaco et Richardo Charlemaine clericis testibus adhec vocatis et rogatis . post hec vero anno indictione die mense et pontificatu quibus supra satis cito post dictus magister Johannes procurator nomine quo supra ad presentiam magistri alphonsi de portugalia Bacalarii in medicina personaliter acce- dens dictam provocationem seu appellationem eidem intimavit et insinuavit ac ad ipsius notitiam produxit offerens se dictam appellationem seu provocationem facere legi coram ipso qui magister alfonsus eidem procuratori respondit quod dictam appellationem seu provocationem pro lecta habebat petens copiam ejus- dem sibi fieri per me notarium publicum infrascriptum que sibi fuit concessa super quibus omnibus et singulis dictus procurator quo supra nomine petiit sibi per me

notarium

notarium publicum infra Scriptum presens fieri publicum instrumentum: astantes invocans intestes de premissis: acta fuerunt hec parisius in domo habitationis dicti cancellarii parisiensis in claustro beate marie parisiensis presentibus adhec discretis viris magistris germano celati doctore in Theologia predicto Paulo de Narbonna arnaldo de causaco, et Johanne de atrio pluribus que aliis testibus adhec vocatis et Rogatis inter lineare istorum dictionum aut plus debito distulerit hic approbo.

Explus bas.

Et Ego Guillelmus Marpandi clericus abrincensis diocesis publicus apostolica et imperiali autoritate notarius premissis appellationis seu provocationis interpositioni apostolorum petitioni intimationi et responsionibus ac aliis supra Scriptis dum sic dicta die agebantur una cum dictis testibus presens interfui ideo premissa in hanc publicam formam redigendo hic me propria manu subscripsi signum que meum rogatus apponi consuetum in Testimonium premissorum.

Recusationis Causæ ob quas provocat ab officiali parisiensi petrus de Capite Stagno 21. Januarii 1331.

In nomine domini amen per hoc presens publicum Instrumentum Cunctis pateat evidenter quod et anno ejusdem domini millesimo CCC.^mo^ tricesimo primo indictione quinta decima vicesima prima die mensis

Januarii pontificatus Sanctissimi in cristo patris et ac domini nostri domini Johannis divina providentia Pape vicesimi Secundi anno Sexto decimo in mei notarii publici et testium Subscriptorum presencia coram Venerabili viro et discreto domino . . officiali parisiensi subdelegato in hac parte a Reverendo in cristo patre et Domino domino parisiensi episcopo judice primo a domino Papa dato in causa appellationis ex parte decani et facultatis magistrorum et Scolarium facultatis medicine parisiensis Seu eorum procuratoris appellantium et contra magistrum petrum de Capite Stagno magistrum in medicina appellatum ad Sedem apostolicam ter dictus interjecte personaliter constitutum Guidone fabri clerico procuratore et procuratorio nomine dictorum appellantium ex una parte et dicto magistro petro pro se ex altera petente que dicto procuratore nomine quo Supra quod procederetur in dicta causa appellationis prout Status ejusdem requirebat et ulterius prout foret rationis proponit in Scriptis dictis magister petrus contra dictum dominum officialem parisiensem plures causas recusationis et ipsum officialem Tanquam Sibi Suspectum ob certas causas ac ejus audientiam recusavit prout in quadam cedula pergameni quam dictus magister petrus habebat et in manu Sua tenebat Ibidem continebatur quam quidem cedulam ibidem exibuit et de verbo ad Verbum legit cujus quidem cedule tenor Sequitur in hec verba cum res Summe periculosa Sit certissimor que Solet procurare eventus Sub et coram Suspecto judice litigare vos que magister guido de Calvomonte officialis

parisiensis Sub delegate jn hac parte a Reverendo In
cristo patre ac domino domino parisiensi episcopo judice
vnico adomino Papa dato in causa appellationis quam
decanus et facultas magistrorum et Scolarium facultatis
medicine parisiensis Suorum procuratoris contra me petrum
de capite Stagno magistrum in medicina et quosdam col=
legas meos ad Sedem apostolicam jnterposuisse Se asserit
et quam quidem appellationis causam dicti decanus et
facultas Seu Eorum procurator contra me prosequntur
Seu prosequi jntendunt coram vobis autoritate predicta
prout jn actis cause plenius continetur fuerit michi non
modice Suspectus vos que non modice et non jmmerito ha=
beam pro Suspecto pro et ex eo jnter cetera quod vos fuistis
et estis de consilio et auxilio dictorum decani et magistrorum
dicte facultatis et contra me jn causa predicta et dependen=
ciis ab eadem Sen Sequelis et eam tangentibus et jnter
Cetera eidem facultati nimis favorabilis ob preces et
contemplationem magistri Stephani de Calvomonte ne=
potis Sue consanguinei vestri qui est magister et actu
regens parisius quique est vna cum aliis magistris
dicte facultatis adversarius meus actor gerens Se pro
appellante jn dicta causa et eam vna cum aliis pro=
Sequitur coram vobis contra me ob cujus persone favorem
verisimiliter metuo et timeo ut jus meum ledere velletis Ideir=
co Ego petrus predictus vos michi Summe Suspectum ex
causis predictis vestram que audientiam recuso offerens
me predictas recusationis causas coram prefato reveren=
do patre et alias coram eo vel jllis coram quibus teneor
probare paratum vbi quando et quomodo hoc debebit fieri
et de jure . . . . . et a te tabellione publico peto michi
Super premissis fieri publicum jnstrumentum tuo Solito
Signo Signatum et vos omnes hic astantes Invoco In

testimonium premissorum qua quidem cedula sic ab ipso
magistro petro lecta dictus dominus officialis parisiensis
remisit dictas partes ad dictum dominum parisiensem
Episcopum et ejus examen ad cognoscendum duntaxat
de dicta causa recusationis et assignavit dictis partibus
diem martis instantem hora prime precise coram dicto
venerando patre domino parisiensi Episcopo videlicet In
domo habitationis ipsius domini episcopi in claustro
parisiensi ad cognoscendum de dicta causa recusationis
seu suspicionis et ad procedendum in dicta causa recusa=
tionis coram ipso domino episcopo ulterius ut juris
quibus quidem remissione et assignatione a dicto domino
officiali dictis partibus facta protestatus fuit dictus
Guido quo supra nomine de proponendo coram dicto
reverendo patre plures Rationes efficaces quas habebat
contra dictas causas recusationis propositas et premit=
titur ex parte ipsius magistri petri contra dictum offi=
cialem proponendas ac contra easdem proponentem
ad finem quod dicte cause recusationis per dictum
dominum Episcopum non sint recepte nec ad proban=
dum admisse et alias ad fines debitos et insuper pro=
testatus fuit nomine quo supra quod cum paratus
erat nomine quo supra predicte cum dicto Magistro
petro in dicta appellationis causa et quod per ipsum
non stabat quin procederetur in eadem de die in diem
quod tempora fatalia sibi quo supra nomine non
currant dicto magistro petro in contrarium protestante
acta fuerunt hec in camera dicti domini officialis
parisiensis anno indictione mense die et pontificatu pre=
dictis presentibus ad hec venerabilibus viris et discretis
magistris egidio de Curiaco; Petro de Lingonis, Theobaldo

Menion

menion domino Stephano de Crepeio Presbitero; Johanne de Bramovillari et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et plurbas

Et ego petrus de querbestar clericus leonensis diocesis publicus autoritate imperiali notarius ac curie parisiensis juratus premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus presens fui ea que manu propria scripsi et inhanc publicam formam redegi hic me subscripsi signum que meum hic apposui consuetum requisitus et Rogatus.

Instrumentum provocationis a Rectore Contra Cancellarium 21. Januarii 1330.

Innomine Patris et filii et Spiritus Sancti amen cunctis presentis publici instrumenti serie appareat manifeste quod anno ejusdem millesimo trecentesimo Tricesimo die vicesima prima mensis januarii circa horam Tertie indictione quarta decima pontificatus Sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII. anno quinto decimo coram venerabili et discreto viro magistro petro de novavilla ad presens venerabilis universitatis rectore meique notario publico et testibus infra scriptis constitutus personaliter discretus vir magister johannes pipe magistris in medicina procurator facultatis medicine tam suo quam dicte facultatis nomine provocavit et appellavit ad Sanctam Sedem apostolicam ab audiencia dicti rectoris ac magistrorum germani celati in Theologia guillelmi de foulquensa in decretis Pauli de Narbona Gallicorum Johannis

maleti normanorum ac Thome anglici anglicorum Nati=
onum in artibus in dicta universitati parisiensi et actu
Regentium gerentium se pro commissariis seu deputatis
ab universitate predicta et contra ipsos ac contra magis=
tros petrum de Capite Stagno et alphonsum de portugalia
et apostolos a dicto rectore petitos quos supra nomine sibi
dari prout et secundum quod in quodam papiri cedula
per eum michi tunc tradita et quam per me notarium
legi petiit tunc ibidem plenius continetur cujus cedule
dictam appellationem seu provocationem continentis tenor
noscitur esse talis cum appellationis seu provocationis
remedium in oppressorum seu opprimi timentium sub=
sidium a sacris Canonibus sit inventum et ad romanam
Ecclesiam matrem omnium fidelium et magistram possit
omnibus oppressis seu opprimi verisimiliter timenti=
bus appellari ut oppressi seu opprimi verisimiliter
dubitantes ejus uberibus nutriantur et a gravamini=
bus sibi illatis seu etiam inferendis auctoritate ip=
sius releventur et etiam defendantur hinc est quod
cum magister Petrus de Capite Stagno magister in
medicina magistrum alphonsum de portugalia adhuc
non ydoneum nec etiam dignum nec tempore competenti
venerabili viro domino guillelmo Cancellario Ecclesie
parisiensis pro licentia in facultate medicine obtinenda
presentasset contra Statuta et consuetudines notorias
antiquas et laudabiles et etiam a tanto tempore invi=
olabiliter observatas de cujus contrario memoria non
Existit secundum que Statuta et consuetudines predictas
nullus potest licentiari in facultate medicine seu
phisice nisi de Biennio in Biennium nec etiam presentari
ad licentiam obtinendam et nisi legerit quatuor Cursus

suos

Suos et Examinatus fuerit per quamlibet magistrorum regentium ipsius facultatis ex post ipsos presentatus que quidem omnia premissa dictus magister petrus predictus juraverat se inviolabiliter servaturum et etiam dictus magister alphonsus antequam eundem magistrum alphonsum presentaret propter que premissa a predictis magistro petro de capite stanno et magistro alphonso temere violata sententes se crimen perjurii temere notorie incurisse et dictus magister petrus de capite stanno se esse privatum consortio magistrorum facultates medicine dictus magister alphonsus se inhabilem ad dictum magisterium assumendum secundum antiqua statuta et antiquas consuetudines notorias per ipsos juratas et jurata timentes ne perjurii et privati denunciarentur volentes illudere statutis antiquis et consuetudinibus per ipsos juratis et examinationem pene debite maliciose et frivole evitare sub colore boni suam cupientes iniquitatem seu maliciam defensare ad matrem dominorum meorum venerabilium virorum decani et magistrorum facultatis medicine videlicet parisiensem Universitatem contra predictos dominos meos decanum et magistros facultatis medicine predicte frivole provocarunt et etiam appellarunt que quidem Universitas predicta tales commissarios scilicet magistrum petrum de novavilla rectorem Universitatis magistrum germanum celati magistrum in theologia magistrum Guillelmum de foleona magistrum in decretis magistrum Paulum de narbona loco procuratoris gallicani magistrum Johannem maleti predictorum normannorum et magistrum Thomam anglicum deputavit ad audiendum et referendum omnia que ex parte dictorum partium proponerentur coram eis qui commissarii predicti

parte dominorum meorum non vocata sufficienter et ad
instantiam dictorum appellantium pronunciaverunt et
declaraverunt fuisse appellatum bene et legitime ex parte
dictorum appellantium nulla cognitione sufficienti pre=
missa et eidem appellationi erat deffendendum revocave=
runt que ex arrupto omnia attemptata sique erant per
dominos meos predictos contra appellantes predictos
non cognito de appellatione premissa nec de meritis
ipsius inhibuerunt que perperam dominis meis pre=
dictis ne pendente hujus modi appellatione seu provo=
catione contra ipsos aliquo modo procederent contra
ipsos quod si facerent extunc revocabant in irritum
antequam de meritis ipsius appellationis seu provoca=
tionis inciperent cognoscere que premissa per dictos
commissarios attemptata non est dubium esse juri obvia
et etiam rationi et cedere in magnum prejudicium domi=
norum meorum predictorum tum ex eo quia omnia premis=
sa dicti commissarii temere facere presumpserunt dominis
meis predictis non vocatis et absentibus non per contu=
maciam tum quia dicti commissarii erant solum modo
deputati ad audiendum et referendum proponenda coram
ipsis ex parte dictarum partium tum etiam quia si
habuissent potestatem cognoscendi et etiam diffiniendi
attamen non potuerunt de jure aliquam inhibitionem
facere dominis meis predictis donec saltem cognoscere
incepissent de veritate cause vel causarum ipsius ap=
pellationis seu provocationis nec attemptata aliquo
modo revocare donec eis prius constitisset parte domi=
norum meorum prius legitime vocata fuisse ad dictam
Universitatem ex causa legitima atque vera canonice
appellatum seu etiam provocatum ex quibus et aliquibus
premissis ego Johannes pipe magister in medicina pro=

curator

curator dominorum meorum predictorum locum-
tenentis decani et magistrorum facultatis medicine
habens plenam potestatem et mandatum sufficiens
appellandi et provocandi nomine ipsorum et pro
ipsis sentiens me et eosdem dominos meos predictos
commissarios ad instanciam dictorum appellantium
multipliciter per gravatos timens etiam ex hiis et
aliis verisimilibus et probabilibus conjecturis me et
predictos dominos meos posse per ipsos commissarios
predictos aliquem seu aliquos ipsorum de facto ulte-
rius per gravari contra predictos commissarios dic-
tum que magistrum petrum de Capite Stamno et
contra magistrum alfonsum et contra omnes alios
quos negotium presens tangit et tangere poterit in
futurum ex gravaminibus predictis et ne aliquid contra
me et dominos meos predictos vel contra facultatem
nostram predictam attemptent innovent vel inmutent
innovari inmutari vel attemptari faciant aut procu-
rent seu aliquo modo contra me seu dominos meos
predictos vel aliquem ipsorum procedant seu procedi
faciant per se vel per alios de facto cum de jure non
possint per me et dominis meis predictis et facultate
nostra medicine et pro nobis adherentibus et adherere
volentibus in futurum in hiis scriptis ad sedem aposto-
licam provoco et appello supponens me nomine quo
supra et dominos meos predictos et dictam facultatem
nostram medicine et nobis adherentes et adherere vo-
lentes in futurum et statum meum et etiam domino-
rum meorum predictorum et facultatis nostre predicte
et nobis adherentium et adherere volentium in futurum
protectioni sancte sedis protestans quo supra nomine

de hujus modi appellatione seu provocatione innovan=
da prosequenda immutanda corrigenda declaranda noti=
ficanda et insinuanda hiis quorum interrerit loco et tem=
pore oportunis et deplenius appellando si michi visum
fuerit expedire apostolos que michi dari nomine quo
supra instanter instantius ac instantissime peto et a te
publico tabellione hic presente loco apostolorum testi=
monatium peto michi nomine quo supra super omnibus
et singulis premissis fieri publicum instrumentum: hic
existentes interstes invocans de premissis qua appellatione
seu provocatione sic interjecta ydem Retor respondit quod
dictam appellationem seu provocationem pro lecta habebat
et infra tempus a jure statutum eidem apostolos concede=
ret super ipsa tales quales de jure dare deberet presenti=
bus adhec discretis viris Johanne de deserto Symone de
deserto et Johanne de Flerim clericis testibus adhec vocatis
et rogatis: deinde vero quasi incontinenti dictus magister
Johannes ipse procurator accedens ad domum discreti
et venerabili viri magistri guillelmi de foulqueuse predicti
magistri in decretis et petiit a familia dicte domus utrum
dictus magister Guillelmus tum esset inducta doma sua
cui per dictam familiam responsum extitit quod ipse
tum non erat in domo sua et tum ipse magister johannes
procurator quo supra nomine dixit quod ipse ibidem
venerat ad intimandum et insinuandum sibi appella=
tionem seu provocationem predictam et eamdem quan=
tum poterat insinuabat et intimabat et apostolos pete=
bat prout erat sibi possibile ab eodem protestans quod
ipsius obsencia sibi quo supra nomine prejudicium vel
dampnum non afferet presentibus adhec discretis viris
domino david de mar et domino Johanne de conventre scotis

scolaribus

Scolaribus parisiensibus ac Johanne de Flersin clericis testibus adhec vocatis et rogatis; deinde vero Idem magister johannes procurator ad domum Scolarium Narbonne parisius personaliter accedens in vico porte inferni in qua morantur et morari consueverunt dicti magistri germani in celati doctor in Theologia et Paulus de Narbona Nationis Gallicorum in facultate artium regentes et petiit a familia domus utrum dicti magistri germanus et Paulus tunc essent in dicta domo; cui etiam Responsum fuit, quod non erant et tunc dictus magister Johannes dixit dicte familie quod ipse venerat ibi ad intimandum et intimandum eisdem appellationem seu provocationem predictam et apostolos petendum ab eisdem et eandem in dicto loco intimabat et intimabat et apostolos petebat prout poterat protestans quo supra nomine quod dicta eorum absentia sibi prejudicium vel dampnum aliquod non afferret cum faceret in hoc eam diligentiam quam poterat presentibus adhec discretis viris magistro Johanne de Bion jurisperito et Johanne de Flersin clericis testibus ad hec vocatis et rogatis et ab inde veniens quasi circa horam meridianam ejusdem diei dictus procurator ad domum discreti viri magistri Thome anglici in magno vico Sancti jacobi ad caput nigrum et eidem magistro Thome anglici personaliter invento dictam provocationem seu appellationem intimavit et intimavit petens quo supra nomine apostolos ab eodem sibi dari qui magister Thomas sibi respondit quod super apostolis conferendis deliberaret infra tempus a jure statutum presentibus discretis viris Magistris Bartholomeo de Brixia magistro in artibus et dicto magistro Johanne de Byon ac Johanne de Flersin clericis testibus ad hec vocatis et Rogatis Ultimate vero ad

domum habitationis magistri Johannis maleti nationis
nor mannorum in artibus regentis in vico nucum persona=
liter accedens dictus procurator et procuratorio nomine
supra dicto dictam appellationem seu provocationem
intimavit et insinuavit dicto magistro johanni tunc presenti
et apostolos petiit sibi dari ab eodem qui respondit quod
bene audiebat quod dicebat et consilium haberet super
hoc cum aliis sociis suis supra nominatis presentibus
ad hec discretis viris dictis magistro Johanne de Bion et
Johanne de Alerin clericis testibus ad hec vocatis et rogatis
super quibus omnibus et singulis dictus procurator quo
supra nomine petiit sibi per me notarium publicum infra
scriptum presens fieri publicum instrumentum astantes
invocans in testimonium premissorum acta fuerunt hec
anno indictione die mense horis et locis et presentibus
testibus supra dictis

Et plus bas en lettre

Et ego Guillelmus Marpandi clericus abrincensis diocesis
publicus apostolica et imperiali autoritate notarius premis=
sis appellationis seu provocationis interpositioni insinua=
tionibus responsionibus protestationibus ac omnibus aliis
et singulis supra scriptis dum sic dicta die horis et locis
agebantur una cum dictis testibus presens interfui ideo ea
publicando hic me propria manu subscripsi signum que
meum rogatus apposui consuetum in testimonium premis=
sorum

Et au dos en lettre

appellatio a deputatoe

Anno M°. CCC°. XXX°. die martis circa horam tertie
post invocationem in mei notarii &c°. propter hoc personaliter
constitutus magister J. Pipe procurator facultatis medicine petiit

apostolos

apostolos a Paulo de narbona procuratore nationis gallicane
deputato ab Universitate qui respondit quod si esset ultima
dies et ultima hora quod ipse dabat apostolos refutatorios
presentibus magistris J. de fay et J. de Byone clericis ac=
tum in ecclesia parisiensi magister jacobus vilarii clericus
famulus hospitii presentibus magistro Ricardo de montrolii
dicto gontier Philippo de lay Bartholomeo de hersin dicto
Bambarti oubrin barti; die martis anno ante hoc predicto
decima nona februarii hore tertie illius diei
Dat refutatorios si hodierna dies erat ultima dies pre=
tendi apostolos et ultima hora alias pro nullis habebat
presentibus Philippo de ley Bedello Daniele moricani
parisiensis henrico villaceri corisopitensis diocesis dio=
cesis die mercurii post Brandones

Et plus bat

Die 8. februarii respondit actor quod consilio habito
cum peritis secundum libertatem et consuetudinem uni=
versitatis, juste, sancte et legitime summam ipsam pro=
tulerat et ob hoc appellationi non defferebat tanquam
frivole presentibus J. viviani P. laree J. de Bemartio –
Idem magister Johannes mateti tunc procurator norma=
norum

Item ad domum magistri de foulqueuse non inventi
presentibus magistro Roberto de villeta magistro Jacobo
de Gandavo

Item die decima februarii assignavit guillelmus de
foulqueuse diem jovis hora prima precise ad dandum
apostolos presentibus J. de fauto et Bartholomeo de hersin
clerico, et servitore dicti guillelmi die 14. februarii respon=
dit magister G. de foulqueuse quod ipse viderat illam sum=

=mam

mam et quod non recolebat prolationi Summe supradicte presentibus Philippo de Berigni Johanne de Louvanio clericis et G de Layo

Rationes pro Cancellario Contra facultatem.

Coram vobis Reverendo in cristo patre ac domino domino parisiensi Episcopo judice in hac parte unico a domino Papa dato tam reconveniendo quam per viam reconventionis et alias via Supplicationis meliori modo jure et forma quibus potest proponit in jure Guillermus Bernardi alias dictus de narbona Cancellarius parisiensis suo et predicte sue cancellarie nominibus contra procuratorum facultatis medicine parisiensis nec non contra dictam facultatem insuper contra magistros Reginaldum de fornemare normannum, Johannem ipsre Radulphum Pinchon Philippum de furia, Petrum de alvernia Stephanum de calido monte Stephanum de nogento, aymonem de fulgeriis, Johannem de Lyga, Menfredum de mediolano, gratianum de Brixia, Jacobum de Santarana et Petrum de fontanis Phisicos parisienses et quemlibet eorum magistros in dicta facultate regentes et eorum quemlibet communiter et divisim in quantum negotium infra scriptum tangit et tangere potest dictam facultatem ipsos que magistros in generali communiter et etiam singulariter et divisim et contra quam libet legitimam personam pro ipsis et eorum quolibet intervenientem reos quod cum injuste et jure suo et cancellarie sue predicte ad dictum cancellarium Rationem sue cancellarie predicte ejusque predecessorum cancellariorum Ecclesie parisiensis inter ceteras ipsius cancellarie prerogativas pertinuit pertinet et pertineat dare et concedere in qua cumque facultate

universitatis parisiensis et specialiter in facultate medicine licentias licentiandis et actemus licentiatos in facultate predicta posset que idem cancellarius ac potuerunt ejus predecessores cancellarii parisienses, quilibet pro tempore suo dare licentiam seu licentias licentiandis et actenus licentiatos in facultate predicta examinatis primitus magistri dicte facultatis non omnibus necessarie sed prout eidem cancellario in conscientia sua et secundum eam visum fuerit vel videbitur expedire et habita super hoc informatione juxta motum conscientie sue posset idem cancellarius illos licentiandos quos reputaverit idoneos et bene meritos ad licentiam admittere ejus in predicta facultate licentiare indignos que repellere a licentia obtinenda Item et quod omnes magistri universitatis parisiensis et specialiter in facultate predicte medicine cum et quoties in dicta facultate suas licentias consequuntur jurant et jurare consueverunt et tenentur in ipsa licentia obtinenda seu actu licentiandi articulos infra scriptos et primo quod in nullo se obligaverunt vel obligabunt quod sit contra cancellarium parisiensem pro tempore potestatem juris que libertatem et franchisiarum dicti cancellarii ejusque cancellarie predicte diminutionem aut derogationem vel quod alias injuriis cancellarie sue prejudicium cedere dignoscatur quod que nichil attemptabunt unde libera potestas et examinatio ejusdem cancellarii quo modo libet minuatur vel etiam restringatur quod que a bachalariis licentiandis nulla tenus exigent probationem vel informationem aliquam de tempore auditionis eorumdem juram insuper et jurare ad sancta dei

Evangelia consueverunt in suis predictis licentiis obtinendis quod jura cancellarii et cancellarie parisiensis privilegia consuetudines et libertates ipsius illesa et illesas observabunt ad quem cumque statum devenerint nec illis se opponent per se vel per alium directe vel indirecte occulte vel manifeste quo quomodo jurant jungeur et jurare consueverunt quod venient ad perhibendum fidele testimonium eidem cancellario de Bachalariis licentiendis in eodem facultate quotiens annuque et quocunque per cancellarium parisiensem qui est vel qui erit pro tempore fuerint requisiti absque annorum distinctione vel temporis definitione quibus emaque Item jurant et jurare consueverunt servare pacem et tranquillitatem in studio parisiensi et studii ejusdem Item jurant et jurare consueverunt quando ad licentias promoventur quod si contingat eos in dicta facultate incipere legent duobus annis continue vel adminus a festo beati Remigii usque ad festum pentecostes per duos annos et quod quadraginta diebus nihil hominus disputabunt seu disputationes continuabunt nisi per ipsum cancellarium qui est fuerit vel erit pro tempore super eis cum eis fuerit dispensatum. Item quod idem cancellarius qui est fuerit et erit pro tempore qui libet pro tempore habet et habuit et ad ipsum pertinet et pertinuit correctione condigna corrigere et punire specialiter pena debita juramenti omnes illos inter cetera dicte facultatis qui contra privilegia consuetudines immunitates

libertates dicti cancellarii ejusque cancellarie predicte et tranquillitatem et pacem Studii parisiensis aliquid attemptans innovans vel immutans potissime jurati sunt seu sibi astrictos juramento forma superius recitata tam de rerum consuetudine et communi observantie prelibatis et virtute privilegiorum predictorum nichil hominus ipsa facultas medicine et potissime magistri superius nominati indicta facultate per ipsum cancellarium et cancellarios pro tempore ad licentiam obtinendam promoti et in eadem publica facultate licentiati qui in suis obtentis licentiis inter cetera juraverunt ad sancta dei Evangelia predictas immunitates privilegia usus consuetudines observantias jura et libertates observare nec eis in aliquo se opponere prout superius est expressum anno nundum elapso satore Zizania instigante suarum salutis animarum immemores dictorum que juramentorum suorum transgressores contra dictas libertates usus consuetudines et communes observantias ac privilegia dicti cancellarii ejusque cancellarie predicte non ignari premissorum venerabilem et discretum virum magistrum alfonsum de hispania per prefatum cancellarium precedente debita examinatione ipsius facta per plures et sufficientes magistros dicte facultatis et prout dicebant ydoneum repertum ad in dicte scientie medicine facultate licentiam obtinendi et per prefatum cancellarium prout suo incombebat officio licentiatum cum solempnitate debita et competentes ac post modum prout decebat ad magistratum promotum in facultate predicta in suis congregationibus recipere et admittere recusarunt dictam licentiam sibi ab eadem cancellario concessam ipsum que cancellarium impediendo ac contra ejus statum jura et potestatem et honorem dicte cancellarie veniendo quin imo ipsum a congregationibus

Suis tractatibus que violentor et injuriose removerunt ipsum adeo nullatenus admittendo odio et in despectu dicti cancellarii alias non facturi et hiis minime contenti venerabilem virum magistrum petrum de capite Stanni clericum in dicta medicine facultate magistrum pro eo solum quod per dictum cancellarium requisitus prout eidem obedire per juramentum ab eo super hoc prestitum tenebatur, deponit super sufficientiam vel insufficienciam dicti magistri alphonsi prout tenebatur alias non facturus a sua facultate et eisque congregationibus per violenciam expulerunt eundem in eis admittere recusantes indebite et injuste contra etiam universitatem parisiensem summam super hoc contra eos promulgatam sic pacem et tranquillitatem dicti studii perturbantes ac summam excommunicationis a canone latam incurrendo potestatem que ipsius cancellarii vilipendendo et hiis minime contenti ipsos magistrum petrum et alphonsum indebite et injuste ac contra jus et justiciam et in ipsius etiam cancellarii ejusque potestatis in vituperium injuriam et contemptum de facto cum de jure non possent privaverunt privatos que ab eorum consortio denunciaverunt et tanquam privatos tenent et reputant ipsos que de facto ab eorum consortio injuriosa pluries dejecerunt; Item quod dicti rei supra nominati postquam ad magistratum dicte facultatis pervenerunt in dicta universitate non legerunt nec disputaverunt prout tenebantur per spatium temporis supra dicti quin imo hoc facere contumaciter recusarunt nulla super hoc a dicto cancellario petita licentia vel obtenta Item hiis minime contenti conspirationem contra dictum cancellarium jura que consuetudines franchisias ac libertates dicte cancellarie quas observare ut premittitur juraverunt juraverunt se juramentum licet illicite astringendo

gendo et impugnando jura libertates et immunitates
cancellarie supradicte et non solum quod ad semet ipsos
sed etiam Bachalarios ac Scolares facultatis predicte
inducendo nunc precibus nunc minis et terroribus ut
essent complices et participes conventicularum conspira=
tionum et allegationum predictorum contra cancellarium
ante dictum alioquin eisdem Bachalariis et scolaribus
intimantes quod ipsos ad aliquam in dicta facultate
prerogativam ulterius promoverent seu facerent
promovere, et quod dictos Bacalarios et Scolares si
contrarium facerent privarent consortio eorumdem sub=
trahendo nichil hominus bachalariis prefatos errores
ipsorum reorum metu perjurii sequi recusantibus scolares
suos et etiam committitias et eisdem Scolaribus si
contrarium facerent minas multimodas inferendo.
inhibendo nichil hominus bedellis facultatis sue ne
ipsorum Bachalariorum lectiones publicent more
solito vel proclament et insuper in fraude dicti cancel=
larii ejusque jurium et libertatum predictarum
cedulas ipsis bachalariis qui eis adherebant quod
prolixiori tempore legerent quam leginent conce=
dendo et aliis eis obtemperare recusantibus propter
metum perjurii ut prefertur cedulas lecture debiti
temporis tradere denegando in fraudem dicti cancellarii
et examinandorum bachalariorum in facultate predicta
Item ex odii fomite commoti nisi fuerint dicti rei
in non modicam diminutionem potestatis dicti Can=
cellarii alium propone impetrare distributorem seu
commissarium ad in dicta facultate licentiandis licen=
tias concedendas nec non et Statuta facere que directe

Sunt contra potestatem libertatem et franchisias Cancellarii et cancellarie ante dicte. Sic potestatem dicti cancellarii non modicum deprimere intendo. Item quod predicti Rei et specialiter magistri supra nominati requisiti pluries hoc anno presenti ex parte dicti cancellarii loco et tempore congruis et etiam competentibus sigillatim nominatim et in communi ut ipsi compareret coram dicto cancellario prout tenebantur in virtute suorum juramentorum ad perhibendum testimonium super prefato magistro alphonso de hispania tunc Bacchalario licentiando facultate in predicta venire contumaciter recusarunt; sic in premissis omnibus et singulis in ipsum cancellarium ejusque jura multipliciter delinquendo reatum que perjurii multipliciter incurrendo premissaque perpetrando faciendo et procurando in ipsius cancellarii ejus que jurium potestatum et libertatum contumeliam injuriam vituperium et despectum quas injurias idem Cancellarius actor ad animum revocans seu obeas gratus remanens noluisset sibi dictas factas et procuratas fuisse pro mille et septuaginta libellis parisiensibus immo tantum maluisset de suo proprio amisisse premissa que confessi fuerant dicti rei coram probis legitime esse vera vel saltem aliqua de premissis quare petit et supplicat idem actor omnibus jure modo et forma quibus melius potest dictos reos et specialiter magistros prenominatos facta ex parte ipsius actoris vobis fide que sufficiat de premissis pronunciari per vos perjurium infamiam facti et juris multipliciter incurrisse ipsos que per vos autoritate predicta denunciari palam et publice perjuros et infames sue fidei transgressores ac summam excommunicationis a canone incurrisse ipsam que facultatem sibi similiter condempnari et contra qua convenit compelli autoritate

predicta

predicta ad dandum et solvendum sibi mille libellas
parisienses et prenominatos singulariter et divisim
magistros predictos et quemlibet eorumdem videlicet
magistrum Reginaldum de Cornemare in centum libras
parisienses Johannem pipe in quinquaginta Radulphum
Pinchon, in quinquaginta Philippum de Curia in quin-
quagenta petrum de alvernia in quinquaginta stephanum
de Calidomonte in quinquaginta Stephanum de Nogento
in quinquaginta aimone de fulgeriis in quinquaginta
Johannem de Dya in quinquaginta Mainfredum de
mediolano in quinquaginta gratianum de Brixia in
quinquaginta Jacobum de Cantarana in quinquaginta
et Petrum de fontanis in quinquaginta libellas pa-
risienses pro satisfactione dictarum injuriarum quas
tantum estimat: Idem actor taxatione vestra super
hoc si opus fuerit legitima precedente nec non et ad
Expensas hujus litis quas ex nunc in judicium deducit.
Idem actor petit que reos male factores protantis
excessibus et delictis per vos autoritate predicta
Corrigi et puniri juxta qualitatem et quantitatem de-
lictorum hujus modi prout canonicum fuerit atque
justum et sibi super premissis et singulis justiciam
fieri causis et Rationibus ante dictis vestrum super
premissis et singulis officium implorandum in quan-
tum fuerit de jure implorando addendi diminuendi ac
juris beneficio in omnibus sibi salvo, protestans de
probando ea solum que sibi sufficient de eisdem vobis
nichil hominus supplicantes quale super premissis
et eas tangentibus inter partes eisdem procedatis summa-
rie et de plano juxta mandati apostolici vobis directi seriem
et tenorem quam quidem viam summarie ex tunc elegit

Idem actor protestans quod propter aliqua que proponet aut tradat non intendit dicte vie summarie renunciare aut recedere ab eadem

Procuratio Reginaldi de Cornemara pro decani data Guillelmo de Sancto Quintino et aliis in lite contra Cancellarium die martis post Brandones 30. Janvier 1330.

Universis presentes litteras inspecturis . . . officialis parisiensis salutem in domino. notum facimus quod coram nobis propter hoc personaliter constituti venerabiles et discreti viri magistri Reginaldus de Cornemare vices gerens decani facultatis in medicina Johannes dictus Pipe Stephanus de Nogento Ivanus de Filgeriis Radulphus Pinchon et Stephanus de Calvomonte dilectos suos et fideles, magistrum Guillelmum de Sancto quintino dionysium Fardelli Guyotum Fabri Robertum Graindor, petrum Thomé philippotum de Beriniaco suos fecerunt constituerunt et ordinaverunt quotiens cumque ipsos aut eorum quemlibet a judicio abesse contingerit tam conjunctim quam divisim procuratores generales et nuncios speciales et eorum quemlibet in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis sed quod unus eorum inceperit alter prosequi valeat et finire cum effectu in omnibus et singulis causis et negotiis suis motis et movendis tam pro se quam contra se conjunctim vel divisim contra quascumque personas ecclesiasticas et seculares coram omnibus Judicibus tam ecclesiasticis quam secularibus quibus

cum=

cumque quacumque autoritate fungentibus, et quocumque nomine censeantur dantes et concedentes predicti constituentes tam cojunctim quam divisim predictis suis procuratoribus et eorum quilibet in solidum plenam potestatem et mandatum speciale agendi pro ipsis ipsoque et eorum quemlibet in solidum tam cojunctim quam divisim deffendendi, conveniendi, reconveniendi, excipiendi, replicandi, duplicandi, triplicandi, cautionemque, idoneam, pro ipsis prestandi litem seu lites contestandi jurandi in animas ipsorum conjunctim vel divisim de calumnia de malicia seu de veritate dicenda et de expensis faciendi quescujuslibet alterius quis sacramentum quod postulat ordo juris ponendi positionibus respondendi testes et instrumenta in modum probationis producendi in testes partis adverse et eorum dicta dicendi proponendi concludendi jus interlocutorium et diffinitivas sententie audiendi provocandi appellandi appellationem suam prosequendi et eam innovandi apostolos petendi et obtinendi beneficium suarum absolutionem a quocumque judice si opus fuerit impetrandi expensas petendi et recipiendi sique sibi fuerint adjudicatas componendi compromittendi compromissum fide et pena vallandi alium seu alios procuratores unum vel plures semel vel pluries loco sui substituti seu substitutorum revocando quando et quotiens cumque voluerit et sibi visum fuerit expedire presenti tamen procuratorio in suo robore permanente et omnia alia et singula faciendi quam ipsimet constituentes facerent aut facere ponent tam conjunctim quam divisim si presentes et personaliter interessent licet mandatum exigerent speciale promittentes tam conjunctim quam divisim sub hypotecaverunt suarum seratum et gratum perpetuo habituros quid quid per dictos procuratores suos et eorum quemlibet in solidum ac

per Substitutum seu Substitutos ab ipsis aut eorum altero. actum dictum gestum ve fuerit in premissis seu modo quolibet procurem et si necesse fuerit judicatum solvi et judicio sisti in cujus rei testimonium sigillum curie parisiensis presentibus litteris duximus apponendum. datum anno domini millesimo tricentesimo tricesimo die martis post Brandones . . . Joah. Besnel

Scellé a double queuë en cire verte representant d'un coté une crosse cantonnée de deux fleurs de lys et acostée de deux gros points en pointe du seel.

Instrumentum quo Joahannes Pipe medicus facultatis procurator instat sibi dari apostolos die 7.e februarii 1330. et 8.^a et 10.^a

In nomine domini amen noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno ejusdem domini millesimo trecentesimo tricesimo die septima mensis februarii hora magne mine indictione quarta decima pontificatus sanctissimi in cristo Patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.º anno quinto decimo in mei notarii publici testium que infra scriptorum ad hoc vocatorum et Rogatorum presencia constitutus in ecclesia parisiensi personaliter magistro Johanne Pipe, magistro in medicina ac procuratore facultatis medicine parisius per quoddam publicum instrumentum signo et subscriptione mei Guillelmi notarii publici infra scripti signatum super dictam procurationem confectum ex una parte et magistro

Pauto

Paulo de narbona magistro in artibus ex altera Idem
magister Johannes procurator proposuit quod ipse alias
suo et dicte facultatis medicine nomine provocaverat
et appellaverat ad Sanctam Sedem apostolicam et in
scriptis ab audiencia discretorum virorum rectoris ac
magistrorum germani celati in Theologia Guillelmi
de foulquense in decretis Pauli de narbona Gallicorum
Johannis maleti normanorum ac Thome anglici an=
glicorum nationum in artibus in universitate parisiensi
Regentium gerentium se pro commissariis seu deputatis
ab universitate predicta ac contra ipsos ac contra ma=
gistros Petrum de Capite Stamno et alphonsum de portu=
galia prout in instrumento publico super hoc confecto ac
signo et subscriptione mei notarii publici infra scripti
signato plenius continetur ideo idem procurator no=
mine procuratorio supra dicto petiit a dicto magistro
Paulo super dictam appellationem seu provocationem
apostolos sibi dari qui magister Paulus eidem procu=
ratori nomine procuratorio supra dicto respondit quod
sibi assignabat ultimam horam diei a jure statuti pre=
sentibus ad hec discretis viris magistro Radulpho de
Clinoampo juris perito Guillelmo de Hayo et Guillelmo
Burnel clericis pluribus que aliis testibus ad hec vo=
catis et rogatis deinde vero anno indictione die mense et
Pontificatu quibus supra post horam vesperarum ip=
sius diei in curia domini cancellarii parisiensis in
claustro parisiensi idem magister johannes ipse procu=
rator nomine procuratorio supra dicto a dictis magistris
germano celati magistro in Theologia et Thoma anglici
magistro in artibus tunc ibidem existentibus in mei

notarii publici et testium subscriptorum presencia petiit cum instancia super dicta provocatione seu appellatione apostolos sibi dari qui quidem magistri magistri germani et Thomas eidem magistro Johanni responderunt nomine procuratorio predicto quod consideratis statutis et consuetudinibus universitatis parisiensis ipsi et alii condeputati sui bene et juste processerant et ideirco apostolos refutatorios sibi dabant super appellationem seu provocationem memoratam presentibus ad hec discretis viris magistris gerardo de marla et yvano Bohie juris peritis Johanne de aurelianis et Garnio de pruvino notariis publicis ac petro de valle partis magistro in artibus de Guillelmo Burnel clericis pluribusque aliis testibus ad hec vocatis et Rogatis postea vero anno judictione mense pontificatus quibus supra die octava mensis ejusdem circa horam Tertie in claustro fratrum Sancti maturini parisius idem Magister Johannes ipse procurator nomine procuratorio supra dicto a venerabilibus et discretis viris magistro petro de novavilla rectore dicte universitatis ac Magistro Johanne maleti magistro in artibus nationis normanorum tunc coram me notario et testibus infrascriptis existentibus petiit cum instancia apostolos super dicta appellatione seu provocatione sibi dari : iidem vero Rector et magister Johannes eidem responderunt quod consilio habito cum peritis secundum libertates et consuetudines universitatis parisiensis matris nostre juste sancte et legitime summam ipsam protulerant et ideo appellationi sue tanquam frivole non defferebant presentibus ad hec discretis viris magistris Johanne

=nne

=rine viviani Johanne de vernartio et petro paree clericis
magistris in artibus pluribus que aliis testibus ad hec
vocatis et rogatis post modum autem anno indictione
mense pontificatu et die supra dictis quasi incontinenti
post idem magister Johannes procurator ad domum ve=
nerabilis et discreti viri magistri guillelmi de fulquora
magistri in decretis, una mecum notario testibus infra
scriptis in vico dicto Trembouer de Brie et petiit a familia
dicte domus utrum dictus magister Guillelmus esset
in domo sua, et quod ipse veniebat ibi causa petendi
apostolos ab eodem super appellatione seu provocatione
supra dicta cui per dictam familiam responsum fuit
quod non erat in dicta domo presentibus ad hec discretis
viris magistris Roberto de villeta et Jacobo de Gandano
clericis testibus ad hec vocatis et Rogatis. consequenter
autem in ecclesia Beate marie parisiensis anno indictione
mense et pontificatu supra dictis die decima mensis febru=
arii circa magnam missam idem procurator nomine
quo supra petiit a dicto magistro Guillelmo de foulqueuse
tunc presente coram me notario et testibus infra scriptis
apostolos sibi dari super appellatione seu provocatione
supra dicta qui magister Guillelmus eidem procuratori
assignavit diem quartam decimam dicti mensis februarii
hora prime precise ad dandum sibi super dicta appel=
latione apostolos tales quales dare de jure teneretur
presentibus ad hec discretis viris magistro Johanne
de fayaco et Bertholomeo de hersin clericis pluribus
que aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. qua die
quarta decima dicti mensis februarii anno indictione
et pontificatu predictis in domo dicti magistri Guillelmi
circa horam prime accedens personaliter dictus procurator
et nomine procuratorio predicto coram me notario predicto

et Testibus infra Scriptis petiit a dicto magistro Guillelmo super eadem appellatione apostolos sibi dari qui magister Guillelmus eidem respondit quod ipse viderat illam Summam de qua fit mentio in dicta appellatione et quod non Recolebat prolationi Sentencie ipsius fuisse predicte et hoc loco apostolorum Sibi dabat presentibus ad hec discretis viris Philippo de Berigny apothecario Johanne de Louvanio et Guillelmo de Layo clericis testibus ad hec vocatis et rogatis Super quibus omnibus et Singulis dictus procurator nomine procuratorio supra dicto petiit Sibi per me notarium publicum infra Scriptum presens fieri publicum instrumentum astantes in Testimonium premissorum invocando acta fuerunt hec pariter anno indictione Diebus horis et locis et pontificatu predictis presentibus ad hec testibus Supra Scriptis:

Extractum est lecta

Et Ego Guillelmus Marpandi clericus Abrincensis dio=cesis publicus apostolica et imperiali autoritate notarius qui premissis apostolorum petitionibus responsionibus et omnibus aliis et Singulis Supra Scriptis dictis diebus horis et locis actis ut Subscribuntur presens dum Sic agebantur interfui una cum dictis testibus Ideo ea inde in publicam formam redigendo hic me propria manu subs=cripsi Signumque meum Solitum requisitus apposui pariter et Rogatus:

Instrumentum intercessionis Stephani de Calvomonte Medici apostolos requirentis die 12. februarii 1330.

In nomine domini amen per hoc publicum instrumentum

cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem M.° CCC.° tricesimo indictione quarta decima mensis februarii die duodecima incontinenti post horam prandiorum pontificatus Sanctissimi in cristo patris domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.^i anno quinto decimo in mei . . notarii publici et testium infra scriptorum presencia personaliter constitutus venerabilis et discretus vir magister Stephanus de Calvomonte magister in medicina procurator que facultatis medicine parisiensis ad domum venerabilis et discreti viri magistri Guillelmi de Narbona Cancellarii Ecclesie parisiensis suam in claustro beate marie parisiensi personaliter accedens de quodam famulo dicti domini Cancellarii ibidem existente qui nomen proprium dicere denegavit diligenter quesivit si dominus Cancellarius predictus erat intus, qui quidem famulus respondit quod sic et tunc dictus magister Stephanus dixit eidem famulo quod ibidem venerat propetendo et optinendo apostolos a dicto domino Cancellario tam suo quam dicte facultatis medicine et sibi adherentium nomine in causa appellationis contra dictum dominum Cancellarium et magistrum alphonsum de portugalia ad sedem apostolicam interjecte super quibusdam gravaminibus a dicto domino Cancellario eidem facultati sue medicine illatis si tunc ibidem dictum dominum cancellarium inveniret cui respondit dictus famulus quod idem dominus suus cancellarius tunc dormiebat quem evigilare propter hoc non intendebat. quo dicto idem magister Stephanus protestatus fuit nomine quo supra quod cum per eum non stabat quin dictum dominum Cancellarium pro dictis apostolis petendis et

obtinendis non inveniebat quod tempora petendi et
obtinendi ipsos apostolos non currissent contra ipsum
vel contra facultatem suam predictam. Super quibus
omnibus petiit a me notario publico infra scripto quo
supra nomine sibi confici publicum instrumentum a
presentibus ad hec discretis viris magistris Johanne de
Carnoto parisius commorante et Johanne La Salene tul=
lensis diocesis, clericis testibus ad premissa vocatis
specialiter et rogatis.. Deinde anno indictione die
mense et pontificatu predictis in introitu porte Ecclesie
Beate marie parisiensis versus claustrum ante altare
beati Ludovici recte dum vespere in eadem Ecclesia in=
ciperentur in mei notarii publici et testium subscripto=
rum presencia personaliter constitutus idem magister
Stephanus magister in medicina procurator que facul=
tatis medicine predicte habens etiam in manu sua
quoddam instrumentum publicum signo et subscriptione
discreti viri magistri Guillelmi Marpandi clerici abrin=
censis diocesis publici apostolica et imperiali auctoritate
notarii signatum et confectum ut prima facie appa=
rebat cujus principium et finis inferius annotantur
tam suo quam dicte sue facultatis medicine predicte
et sibi adherentium nomine petiit apostolos sibi dari
cum instancia ab eodem magistro Guillelmo cancellario
predicto super eadem appellatione seu provocatione
per dictum magistrum Stephanum procuratorem pre=
dictum nomine facultatis predicte et suo contra eu=
dem dominum cancellarium et magistrum alphonsum
de Portugalia predictum die XXII.° mensis januarii post
horam vesperarum ad sedem apostolicam interjecta

Idem

Idem vero dominus Cancellarius eidem magistro Stephano coram me et testibus infra scriptis respondit isto modo, istro ad vesperas. presentibus ad hec magistro Johanne de fayaco Scolare parisiensi et Johanne de fayaco Cive parisiensi ac Richardo Borselli alias de Cormeliis clerico Lexoviensi diocesis testibus ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis: post hoc vero anno indictione die mense et pontificatu predictis immediate post decantationem vesperarum diei in eadem Ecclesia ante imaginem Beate marie virginis dictus magister Stephanus ad dictum dominum Cancellarium personaliter accedens super dicta appellatione seu provocatione coram me notario publico et Testibus infra scriptis petiit iterato apostolos cum instancia sibi dari nomine quo supra qui quidem dominus Cancellarius loco apostolorum sibi respondit in hunc modum. Si dies hodierna est ultima dies et ultima hora juris petendi apostolos quos petitis talem responsionem vobis damus loco apostolorum qualem alias facultati vestre super consimilibus appellationibus dedimus in scriptis magistro Guillelmo Marpandi notario publico in quadam cedula que incipit cum appellationis remedium &c^a. et alias dictos apostolos habemus pro nullis si dies hodierna non sit ultima dies et ultima hora petendi dictos apostolos ut est dictum presentibus ad hec hervco pulchri notario curie parisiensis et Johanne de fayaco cive parisiensi predicto et pluribus aliis Testibus, ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis. Item satis cito post dictam horam anno indictione die mense et pontificatu predictis quum in medio dicte Ecclesie sepe dictus magister Stephanus ad dictum Cancellarium rediens iterato nomine quo supra super dicta appellatione seu provocatione

coram me notario publico et testibus infra scriptis petiit
ut primo apostolos a dicto cancellario sibi dari cui Res=
pondit idem cancellarius et dedit apostolos et in primo pro=
xime dictum videlicet si dies hodierna est ultima dies
et ultima hora petendi apostolos ipsos dabat quales alias
dederat in scriptis in quadam cedula que incipit cum
appellationis remedium super consimilibus appellationi=
bus magistro Guillelmo Marzandi notario publico supra
dicto et si dies hodierna non sit ultima dies et ultima
hora iuris petendi dictos apostolos ipsos pro nullis habebat
super quibus omnibus et singulis dictus magister Ste=
phanus tam suo quam facultatis sue predicte et sibi
adherentium petiit a me notario publico infra scripto
sibi confici publicum instrumentum presentibus discretis
viris magistro Johanne de Bethunia notario publico Stepha=
no de Nogento et Johanne de Fayaco predicto testibus ad
premissa vocatis specialiter et Rogatis tenor vero dicti
instrumenti publici dictam appellationem seu provo=
cationem continentis de qua superius fit mentio sic
incipit in nomine domini amen. instrumenti presenti
publici serie cunctis pateat evidenter quod et anno
eiusdem M°. CCC°. tricesimo die vicesima secunda mensis
Januarii post horam vesperarum indictione quarta
decima pontificatus sanctissimi in christo patris et ac
domini nostri domini &c.a coram venerabili a discreto
viro magistro Guillelmo de Narbonna cancellario ecclesie
parisiensis et coram me notario publico testibusque
infra scriptis personaliter constitutus discretus vir a
magister Stephanus de Calvomonte magister in medicina
procurator que facultatis medicine parisiensis et tam suo
quam procuratorio nomine supra dicto provocavit et appel=
lavit ad sedem apostolicam tam contra dictum dominum

can=

cancellarium quam contra magistrum alphonsum de portugalia et apostolos petiit a dicto domino cancellario &c.ª et sic terminatur cum subscriptionem dicti notarii publici presentibus ad hec discretis viris Nicolao Bonier Nicolao yvonis et herveo de leonio Britone clericis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Et plus bas

Et ego yvo grallonis clericus corisopitensis diocesis publicus sacra sancti romani imperii autoritate notarius curie que parisiensis juratus premissis apostolorum petitionibus et responsionibus ac omnibus aliis supra scriptis dum sic dictis diebus agebantur una cum dictis testibus presens interfui ideo hic me propria manu subscripsi signum que meum consuetum apposui rogatus in testimonium premissorum.

Instrumentum intercessionis quo Johannes Pipe medicus facultatis procurator interpellat cancellarium ad Apostolos super appellatione obtinendos die 12. februarii 1330.

In nomine domini amen per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod est anno ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo indictione quarta decima mensis februarii die duo decima post horam prime pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.^di anno quinto decimo in mei. notarii publici et testium subscriptorum presencia personaliter constitutus venerabilis vir magister Johannes pipe magister in medicina procurator ut dicebat totius facultatis medicine parisiensis accedens ad domum venerabilis et

discreti viri magistri Guillelmi de Narbona Cancellarii -
Ecclesie parisiensis Sitam in claustro beate marie parisi=
ensis tam Suo quam dicte facultatis medicine et Sibi
adherentium nomine petiit apostolos cum instancia -
Sibi dari ab eodem magistro Guillelmo Cancellario pa=
risiensi predicto Super quadam appellatione Seu provo=
catione per eundem magistrum Johannem pipe nomine
procuratorio predicto ad Sedem apostolicam contradictum
dominum Cancellarium parisiensem et contra magistrum
alphonsum de Portugalia interjecta prout apparebat
inquodam instrumento publico quod tunc in manu
Sua tenebat Signo et Subscriptione discreti viri ma=
gistri Guillelmi marpandi clerici apostolica et imperiali
auctoritate notarii publici Signato cujus principium et
finis inferius annotantur idem vero dominus cancellarius
eidem magistro johanni coram me notario publico et
testibus infra Scriptis respondit quod hora debita apostolos
Sibi daret quales de jure dare deberet. et hoc dicto dictus
magister johannes pipe eidem domino cancellario re=
plicavit quod credebat ipsam diem esse ultimam diem
juris petendi ipsos apostolos. cui idem dominus Cancel=
larius iterato respondit ut prius videlicet quod hora
debita apostolos ipsos daret. Super qua responsione et
petitione dictus magister Johannes pipe nomine quo
Supra petiit a me notario publico infra Scripto Sibi
confici publicum instrumentum acta Sunt hec in hos=
picio dicti domini Cancellarii Sito in claustro beate
marie parisiensis anno indictione die mense pontifi=
catu et hora predictis presentibus ad hec discretis viris
magistro petro Laffare et Gattero de Pontisara testibus ad
premissa vocatis Specialiter et rogatis, Item anno indictione
mense

mense et pontificatu predictis die crastina videlicet tri=
decima die dicti mensis februarii jn mei notarii publici
et testium subscriptorum presencia personaliter constitu=
tus dictus magister Johannes pipe ad presenciam dicti
domini Cancellarii accedens tam suo quam procuratorio
nomine dicte facultatis medicine petiit jterato a dicto
domino Cancellario cancellario super dicta appellatione
seu provocatione apostolos cum jnstancia sibi dari: cui
respondit jdem dominus cancellarius quod si dies jlla
erat ultima dies et ultima hora juris petendi apostolos
jllos loco apostolorum dabat sibi talem responsionem qua=
lem alias facultati sue super consimilibus appellationibus
dederat in scriptis magistro Guillelmo Morgandi notario
publico jnquadam cedula que jncipit et dicebat Cum a
appellationis remedium &c. Super quibus omnibus Jdem
magister Johannes pipe quo supra nomine petiit a me
notario publico jnfra scripto sibi confici publicum jns=
trumentum acta fuerunt hec in jntroitu porte Ecclesie
beate marie parisiensis versus Capitulum dum jpse
dominus cancellarius de Capitulo veniens jpsam Eccle=
siam tunc jntrabat anno jndictione die mense et pontificatu
predictis ante horam prime dicti diei presentibus ad hec
discretis viris magistris Roberto de Montignaco Johanne
de Belvaco notario publico et Philippo de Laya Bedello
dicte facultatis medicine testibus ad premissa vocatis
specialiter et rogatis . . Tenor vero dicti jnstrumenti
publici dictam appellationem seu provocationem conti=
nentis de quo superius fit mentio sic jncipit in nomine
domini amen noverint universi hoc presens publicum
jnstrumentum jnspecturi quod anno ejusdem domini
millesimo CCC.° tricesimo secundum morem francie
die quarta decima mensis januarii Circa horam prime

indictione quarta decima pontificatus Sanctissimi in Xristo
patris ac domini nostri domini Johannis divina providen=
cia Pape XXII. anno quinto decimo in mei notarii publici
testium que infra Scriptorum adhec vocatorum et Roga=
torum presencia nec non et venerabilis et discreti viri ma=
gistri Guillelmi de narbona Cancellarii Ecclesie parisiensis
constitutus personaliter venerabilis et discretus vir magister
Johannes pipe magister in medicina et procurator totius
facultatis medicine suis adhec Sufficiens mandatum tam
Suo quam facultatis predicte medicine nomine provocavit
et appellavit ad Sanctam Sedem apostolicam in scriptis
&c.ª et Sic terminatur ante Subscriptionem notarii pu=
blici et Johanne de atrio pluribus que aliis testibus
adhec vocatis et rogatis interlineariam istarum dictio=
num aut plus debito distuleritis hic approbo.

Explicit bar

Et ego yvo grallonis clericus Corisopitensis diocesis
publicus Sacra Sancti Romani imperii auctoritate
notarius curie que parisiensis juratus premissis aposto=
lorum petitionibus et Responsionibus et omnibus aliis
Supra Scriptis dum Sic dictis diebus agebantur una
cum dictis testibus presens interfui ideo hic me propria
manu Subscripsi Signum que meum consuetum apposui
rogatus in testimonium premissorum rasuram in fine
prime linee ubi dicitur indictio hic approbans.

Instrumentum quo Guido fabri procurator
facultatis causas recusationis profert contra Cancel=
larium ejus que officialem; Die 23. februarii 1330.

In nomine domini amen noverint universi hoc presens
publicum Instrumentum inspecturi quod anno ejusdem
mille=

millesimo trecentesimo tricesimo die vicesima Tertia mensis februarii jnditione quarta decima pontificatus Santissimi in cristo patri et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.di anno quinto decimo Coram venerabili et discreto viro magistro Petro andree officiali curie venerabilis et discreti viri Domini cancellarii Ecclesie parisiensis tunc in curia Sua in claustro parisiensi pro tribunali Sedente comparens et constitutus personaliter guido fabri clericus procurator venerabilium et discretorum virorum magistrorum reginaldi de cornemare Johannis pipe, Stephani de Nogento, Stephani 6 de Calvomonte hamoni de fulgeriis et Radulphi Pinchon magistrorum in medicina prout per quasdam litteras procuratorias Sigillo curie officialis parisiensis sigillatas tunc jbidem Exibitas Evidenter apparebat; qui procurator nomine procuratorio dictorum magistrorum et cujus libet eorumdem et pro jpsis in mei notarii publici testium que jnfra Scriptorum ad hec vocatorum et Rogatorum presencia Et coram Eodem officiali pro tribunali Sedente exhibuit in Scriptis quasdam rationes recusationis Suspicionis contra dictos pros cancellarium parisiensem et ejus officialem quas Se lecturum jdem procurator nomine procuratorio predicto offerebat coram officiali memorato et eas pro ponebat ut dicebat Secundum formam et ad fines jn eisdem contentos prout jn quodam rotulo pergameni tunc michi notario publico jnfra Scripto tunc et jbidem per eum tradito continetur, Cujus tenor noscitur esse talis. jn primis protestor ego Guido fabri clericus procurator venerabilium virorum magistrorum Reginaldi de Cornemare Johannis pipe Stephani de Calvomonte Stephani de Nogento Radulphi Pinchon, et hamonis de filigeriis jn medicina nomine

procuratorio ipsorum et pro ipso et pro quolibet eorum=
dem quod predicti domini mei non consentiunt nec Ego
Etiam predictus Guido procurator eorum in vos magistr=
um Petrum andree qui vos geritis pro officiali et commi=
issario magistri Guillelmi de Narbonna Cancellarii Eccle=
sie Beate marie parisiensis Tanquam in suum judicem
et quod non intendunt predicti domini mei nec ego intendo
nomine procuratorio ipsorum prorogare juridictionem
vestram vestram si quam habetis nisi quatenus de jure
fuerit faciendum et Etiam quod si aliqua verba dixero
In subsequentibus coram vobis que litis contestationem
sapere videantur quod non est intentionis mee litem
contestari nisi hoc appareat manifeste quas protestati=
ones et earum quamlibet volo ego predictus procurator
nomine procuratorio ipsorum magistrorum domino=
rum meorum pro repetitis haberi in qualibet parte
dicendorum quibus protestationibus sic premissis non
recedendo ab appellationibus contra predictum Cancel=
larium alias nomine facultatis medicine parisiensis
interpositis sed eisdem potius nomine predicto inhi=
bendo prout alias adheserunt Ita dico et propono
nomine predicto quum valde periculosum est et
tristissimore solet sortiri effectus sub suspecto judice
litigare. Ideo cum vos magister petre andree qui pro
officiali et commissario dicti magistri guillelmi de
Narbona cancellarii Ecclesie beate marie parisiensis
vos geritis vere et non immerito habeant et predictum
Cancellarium sibi suspectos predicti domini mei et
Etiam Ego nomine predicto audientiam vestram et dicti
Cancellarii et auditorium vestrum si quod habetis super
propositis et contentis in articulis contra ipsos ex officio

vestro

vestro ut dicitur ad instantiam seu requestam predicti Cancellarii seu procuratoris sui nomine et ratione dicti Cancellarii recusant et declinant et etiam Ego predictus guido procurator ipsorum nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis juridictionem vestram et audienciam vestram et etiam dicti cancellarii siquam habetis recuso et declino primo ex eo et pro eo quia notorium est atque certum quod nomine facultatis medicine parisiensis extitit contra dictum Cancellarium super contentis in dictis articulis proposita per vos contra predictos dominos meos et eorum quemlibet legitime appellatum et quod dicta appellatio adhuc pendet et quod domini mei predicti et quilibet eorum dicte appellationi nomine dicte facultatis interjecte cujus predicti domini mei sunt et tunc erant membra honorabilia adheserunt legitime et adhesit propter quod quilibet ipsorum pro vero appellante contra dictum Cancellarium reputatur et verus appellans in effectu habetur propter quam appellationem et adhesionem predictas dictus cancellarius multum fuit turbatus iratus et commotus et adhuc est contra predictos meos dominos sine causa et ideo multum dubitant predicti magistri et quilibet eorum et merito dubitare debent et etiam ego nomine predicto quod dictus cancellarius provocatus ex premissis ipsis obesse velit et specialiter in causa quam per vos et procuratorem suum nititur et intendit agere et movere contra predictos dominos meos et etiam vos qui asseritis vos gerere vices cancellarii predicti in causa predicta in qua jam predictis dominis meis articulos tradidistis cum auditorium dicti Cancellarii et vestrum siquod sit idem reputetur Item ex eo et pro eo vos et dictum Cancellarium habent predicti domini mei tam conjunctim quam divisim suspectos et merito et etiam ego nomine eorum omnia et singula

contenta in articulis vestris predictis tanquam et continent jus honorem et libertatem dicti cancellarii prout vos asseritis in ipsis articulis cujus cancellarii dictis vos esse officialem et commissarium propter quod juste dubitant et ego etiam nomine eorum dubito de recti judicii si quod habetis provisione maxime cum nullus debeat per se vel per alium in causa sua judicare quare predicti domini mei et eorum quilibet vos predictum magistrum Petrum andrée gerentem vos pro officiali et commissario dicti cancellarii et ipsum cancellarium predictis dominis meis tam conjunctim quam divisim et michi nomine quo supra suspectum recusant et vestrum auditorium si quod habetis in premissis seu aliis declinant et etiam predictis eorum dem procurator nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis tam conjunctim. quam divisim vos et predictum cancellarium et juridictionem vestram seu audientiam vestram si quam habeatis super premissis seu aliis recuso, et penitus declino propter causas predictas etiam notorias atque veras quas ex habundanti et ad cautelam offero me nomine quo supra probaturum prout fuerit rationis coram venerabili viro et discreto domino officiali parisiensi judice ordinario quam jn arbitrum nomine procuratorio predictorum dominorum meorum et pro ipsis et ad cautelam eligo ex nunc super premissis post quarum rationum inscriptis traditionem et exhibitionem ut prefertur idem dominus officialis petiit a dicto procuratore utrum aliud tunc dicere vel proponere vellet nomine procuratorio dictorum magistrorum et pro ipsis et tunc idem procurator nomine procuratorio dictorum magistrorum et pro ipsis habens ad hoc mandatum sufficiens virtute litterarum procuratoriarum

pre=

predictarum provocavit et appellavit in Scriptis ad curiam reverendi in cristo patris domini Episcopi parisiensis et apostolos petiit prout et Secundum quod in quadam papiri cedula per eum michi notario publico infra Scripto tunc tradita et quam Se lecturum obtulit coram ipsis plenius continetur cujus cedule dictam appellationem Seu provocationem continentis tenor noscitur esse Talis cum ex parte Venerabilium virorum Reginaldi de Cornemara Johannis Pipe Stephani de Calvomonte, Stephani de Nogento, Radulphi Pinchon et hamonis de filigeriis clericorum et pro clericis communiter habitorum magistrorum in medicina dominorum meorum vos magister petre andreas qui geritis vos pro officiali et commissario magistri Guillelmi de Narbona Cancellarii ecclesie beate marie parisiensis et Etiam Cancellarius predictus ex causis etiam notoriis atque veris legitime fueritis recusati prout in Scriptura Super hoc confecta plenius continetur timeamque probabiliter quod vos predicti magister petre andreas procedatis Seu cancellarius predictus contra dominos meos predictos aut aliquem Seu aliquos ipsorum Super contentis in articulis vestris per vos Editis ad requestam et instanciam dicti Cancellarii Seu ejus procuratoris aut alio quo quomodo de facto cum de jure non possitis cum Suspensa Sit juridictio vestra Si quam habeatis et Etiam cancellarii predicti per Recusationem predictam et etiam Supposito Sine prejudicio quod tamen non est verum quod juridictio vestra et Etiam dicti cancellarii Si quam habeatis non Esset Suspensa per recusationem predictam attamen Secundum jura et canonicas Sancti=

ones vos non potestis nec debetis nec etiam Cancellarius
predictus de contentis in articulis vestris jam per vos
predictis dominis meis exhibitis cognoscere maxime
contra ipsos cum tempore traditionis et editionis articu=
lorum predictorum et diu ante essent clerici persone
Ecclesiastice et magistri in medicina boneque et magne
auctoritatis viri parisius et alibi reputati et adhuc sint
articuli vestri predicti continuans perjuria et alia
crimina contra dictum cancellarium commissa per
dictos dominos meos prout asseritis et male pro vestre
libite voluntatis super quibus cognoscendi nullam ha=
betis plenam potestatem nec etiam cancellarius pre=
dictus cum predictorum criminum Cognitio et deffinicio
majores judices quam sit dictus Cancellarius requirent
nec ad vos nec ad dictum cancellarium pertinet nec
pertinere debet contra dominos meos predictos Cog=
nitio predictorum potissime cum cancellaria Ecclesie
beate marie parisiensis simplex officium in ipsa
Ecclesia reputetur et ipse Cancellarius pro judice mo=
dico communiter ab omnibus habeatur et vere modicus
judex et in modicis causis existit et per consequens
Vos predicte magister petre andreas qui vos geritis
pro officiali ejusdem cancellarii predicti et sic non
potestis nec debetis contra dominos meos predictos pre=
sertim super premissis Criminibus procedere nec de
ipsis cognoscere maxime cum nullus debeat in causa
sua per se vel per alium judicare vel etiam judex
esse quod tamen facere nititur dictus cancellarius
contra jura. Idcirco ego Guido dictus Lefevre clericus
procurator dominorum meorum predictorum habens
Inter cetera plenam potestatem appellandi et etiam pro=

=vocandi

vocandi nomine dominorum meorum predictorum et pro-
ipsis considerans quod melius est ante tempus occurere
quam post causam vulneratam remedium procurare contra
predictum cancellarium et contra vos qui geritis vos pro
officiali ipsius et commissario ne procedatis in aliquo super
premissis sive etiam aliis de facto cum de jure non possitis
contra dominos meos predictos seu aliquem aut aliquos
de ipsis nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis et adhe=
rentibus eisdem et adherere volentibus in futurum ad
curiam domini Episcopi parisiensis in his scriptis provoco
et appello; supponens me nomine quo supra et dominos
meos et adherentes eisdem et adherere volentes in futurum
protectioni dicte curie predicti domini episcopi parisiensis.
protestans nomine quo supra de hujus modi appellatione
seu provocatione innovanda et insinuanda intimanda et
prosequenda hiis quorum interest loco et tempore oppor=
tunis et de addendo diminuendo corrigendo et declarando
et de plenius appellando si michi visum fuerit expedire,
apostolos que michi dari nomine quo supra tales quales
de jure possum et debeo instanter instantius ac instantissime
peto et iterum peto quos si michi dare denegaveritis aut
plus debito distuleritis ob hoc ut prius ad predictam domini
episcopi curiam contra vos nomine quo supra provoco et
appello et a te publico tabellione hic presente loco aposto=
lorum testimonialium peto in nomine quo supra super
omnibus et singulis premissis fieri publicum instrumen=
tum. hic astantes in testes invocans de premissis, quibus
rationibus sic exhibitis et appellatione seu provocatione
sic interposita ut premittitur idem dominus officialis
dixit dicto procuratori ex quo vos non vultis aliud dicere
seu proponere dictos magistros vestros reputamus contu=

=maces

-macem Super quibus omnibus et Singulis tam dictus officialis quam dictus procurator nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis petierunt Sibi fieri per me notarium publicum infra Scriptum presens fieri publicum instrumentum ad = tantes in testimonium premissorum invocando acta fuerunt hec parisius in curia dicti officialis cancellarii anno indictione die mense et pontificatu quibus Supra pre = sentibus ad hec discretis viris magistris michaele de jumelis juris perito Gaufrido de alneto Johanne de aurelianis yvone Crennes et Guillelmo de S.^to quintino notariis publicis pluribusque aliis Testibus ad hec vocatis et Rogatis rasuram et interlineare istarum dic = tionum tertia Guido occurere hic approbo.

Explicbat.

Et ego Guillelmus Marpaudi clericus abrincensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius premissis appellationi Seu provocationi apostolorum petitioni rationum in Scriptis tradito = -rum exhibitioni responsioni ac omnibus aliis Supra Scriptis dicta die actis una cum dictis testibus presens interfui ideo ea in hanc publicam formam redigendo hic me propria manu Subscripsi signum que meum rogatus apposui consuetum in testimoni = -um premissorum.

Instrumentum quo interpellatur Cancel = larius ut provocationi ad apostolos a facultate factæ respondere teneatur 30. februarii 1330.

In nomine domini amen noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno ejusdem

domini

domini millesimo trecentesimo tricesimo mense februario die quinta circa horam tertiam indictione quarta decima pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.^{d} anno quinto decimo in mei notarii publici testium que infra Scriptorum adhec vocatorum et rogatorum presencia constitutus discretus vir magister Reginaldus de Cornemare magister in medicina locum tenens decani facultatis medicine parisiensis qui tam Suo quam dicte facultatis medicine et Sibi adherentium nomine petiit apostolos cum instancia Sibi dari a venerabili et discreto viro magistro Guillelmo de Narbona Cancellario Ecclesie parisiensis coram ipso existente Super quadam appellatione Seu provocatione per dictum locum tenentem decani dicte facultatis medicine ad Sedem apostolicam contra dictum dominum cancellarium parisiensem et contra magistrum alphonsum de portugalia (alias de yspania) die nona mensis januarii interjecta que continetur in quodam publico instrumento Signo et Subscriptione mei Guillelmi notarii publici infra Scripti Signato de dicta die nona Super hoc confecto: Idem vero dominus cancellarius eidem magistro Reginaldo coram me et testibus infra Scriptis respondit quod ipse faceret loco et Tempore competentibus ea que facere de jure teneretur presentibus adhec magistro germano celati magistro in Theologia Radulpho langior et guillelmo Burnel clericis testibus adhec vocatis et Rogatis — post hec vero anno indictione mense et pontificatu predictis die Septima dicti mensis februarii circa horam prime idem magister reginaldus ad presenciam dicti domini Cancellarii

=cellarii accedens et in ipsius meique notarii publici et testium subscriptorum presencia constitutus petiit iterato ab eodem domino cancellario super dicta provocatione seu appellatione apostolos cum instancia sibi dari nominibus quibus supra qui dominus cancellarius eidem respondit quod ultima die et hora a jure statuta eidem responderet prout de jure facere teneretur presentibus ad hec discretis viris cantore narbonensi Johanne de arpadella canonico parisiensium ecclesiarum ac Guillelmo Burnel clericis testibus ad hec vocatis et rogatis deinde vero anno indictione die mense et pontificatu proxime dictis parum ante horam vesperarum in ecclesia parisiensi idem magister reginaldus coram dicto domino cancellario iterato comparens super dicta provocatione seu appellatione petiit ab eodem domino cancellario ut prius apostolos sibi dari qui dominus cancellarius eidem magistro reginaldo respondit quod facta fide sibi quod dictus magister reginal=dus sit locum tenens dicti decani dicte facultatis medicine ipse respondebit ultima hora diei a jure statuti et tunc dictus magister Reginaldus replicavit quod de hoc faceret bene fidem loco et tempore oportunis presentibus ad hec discretis viris magistris Radulpho de Clincampo jurisperito Paulo de Narbona magistro in artibus ac Guillelmo Burnel clericis testibus ad hec vocatis et Rogatis iterato etiam hora decantationis vesperarum in ecclesia parisiensi anno indictione die mense et pontificatu ultimo dictis dictus magister Reginaldus ad dictum Cancellarium rediens super dicta appellatione seu provocatione coram me notario publico et testibus infra scriptis petiit ut prius apostolos ab eodem Cancellario sibi dari ipse vero dominus Cancellarius eidem magistro Reginaldo dixit quod decantatis vesperis iret ad domum suam et super dictis aposto=

=lis

lis eidem responderet. qui magister Reginaldus ad domum dicti Cancellarii in claustro parisiensi existentem accedens una mecum notario publico et testibus infra scriptis et ibidem expectans eundem dominum Cancellarium usque ad horam crepusculi diei ejusdem vel circa finaliter petitis apostolis per dictum magistrum reginaldum a domino cancellario memorato super appellatione seu provocatione antedicta: idem dominus cancellarius loco apostolorum responsionem suam tradidit in scriptis inter verba cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis sed ad presidium innocentie institutum et appellationibus frivolis nec justicia defferat nec sit ajudice deffendendum idcirco nos Guillelmus de narbona doctor sacre pagine cancellarius Ecclesie parisiensis ac Sanctissimi patris in cristo domini johannis divina providentia Pape XXII^{di} humilis Capellanus attendentes appellationem sitatem dici debeat quam eminine dinentius de facto magister Reginaldus de fornemare qui se dicit substitutum decani facultatis medicine et quidam alii sub nomine totius facultatis cum non constet nobis quod omnes seu meliores de dicta facultate ut dicitur consentiant ex pluribus causis non fore admittendam primo quia cum essent astricti juramento venire ad pertibendum fidele testimonium super Bachalariis Licentiandis quotiens cumque et quicunque per me vel cancellarium qui pro tempore fuerit fuissent requisiti ut est notorium in universitate parisiensi ipsi tamen per nos sufficienter vocati ad pertibendum fidele Testimonium super magistro alphonso de yspania tunc bachalario presentato ad licentiam medicine venire contumaciter contempserunt perjurium non est dubium

jncurrendo jtem et quia ex causis manifeste frivolis temere et de facto dicta appellatio est emissa et ex pluribus aliis causis et non deferimus nec duximus salva debita reverentia sedis apostolice defendendum. dicti eis loco apostolorum assignantes si loco et tempore sibi aliter assignatos sufficienter venirent et jlli qui sufficienter debent comparuerunt ad petendum alias pro non petitis habentes: super quibus omnibus et singulis dictus magister Reginaldus tam suo quam facultatis medicine ac sibi adherentium nomine petiit sibi per me notarium publicum jnfra scriptum presens fieri publicum instrumentum astantes jn testimonium premissorum jnvocando. acta fuerunt hec ultimo dicta judicata domo cancellarii jn claustro parisiensi anno jndictione die hora et pontificatu predictis presentibus ad hec ultimo facta discretis viris magistro Bertrando de Lambalia Radulpho Maingnenti notariis publicis Guillelmo Johannis et Guillelmo Burnel clericis pluribus que aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. tenor vero dicti instrumenti dictam appellationem seu provocationem continentis de quo supra fit mentio sic jncipit jn nomine domini amen. noverint universi hoc presens publicum instrumentum jnspecturi quod anno ejusdem domini M°. CCC°. XXX°. secundum morem francie die nona mensis Januarii circa horam vesperarum jndictione quarta decima pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII. anno quinto decimo jn presentia venerabilis et discreti viri magistri Guillelmi de Narbonna doctoris jn Theologia cancellarii ecclesie parisiensis meique notarii publici

testium infra scriptorum ad hec vocatorum et rogatorum propter hoc personaliter constitutus discretus vir magister Reginaldus de Cornemare &c. et sic terminatur ante subscriptionem mei notarii infra scripti presentibus ad hec discretis viris dictis magistris Johanne de Dyone Johanne de Digon magistro in artibus colino de fadomo et ysardo de aunaco clericis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Exclusus en clair

Et ego Guillelmus marpandi clericus abrincensis diocesis publicus apostolica et imperiali autoritate notarius premissis apostolorum petitionibus et responsionibus ac omnibus aliis et singulis supra scriptis dum sic dictis diebus agebantur una cum dictis testibus presens interfui ideo hic me propria manu subscripsi signum que meum rogatus apposui consuetum in testimonium premissorum.

Instrumentum quo Johannes Pipe apostolos sibi dari contendit ob licentiam datam a Cancellario Guidoni 1330.

In nomine domini amen per hoc publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem M°. CCC°. tricesimo indictione quarta decima anno in cristo patris ac domini nostri domini Johannis divina providentia pape vicesimi secundi quinto decimo in mei publici notarii et testium infra scriptorum presencia constitutus vir venerabilis et discretus magister Johannes Pipe vices gerens decani facultatis

medicine quo adhec qui quidem magister johannes una cum pluribus aliis magistris dicte facultatis requisiverunt virum venerabilem et discretum dominum Cancellarium parisiensem ut daret sibi apostolos super quadam appellatione contra dictum dominum cancellarium per dictam facultatem ad Sedem apostolicam alias facta et dicto domino Cancellario prout asserebat dictus magister Johannes Pipe et alii magistri secum assistentes insinuata per hec verba domine cancellarie alias sicut scitis appellavit facultas nostra videlicet facultas medicine contra vos ad Sedem apostolicam super hoc quod contra tenorem cujusdem privilegii nobis a Summo pontifice noviter indulti nec non contra statuta nostra libertates et consuetudines approbata licentiavistis facultate nostra spreta ad practicandum quemdem qui vocatur Guido quod non poteratis nec debebatis maxime cum istud sit in prejudicium nostrum seu facultatis nostre non modicum et gravamen et fuerunt petiti a vobis apostoli adhuc in presentia istius notarii et istorum testium loco decani nostri et nomine facultatis nostre peto una vice bis ter quater ex habundanti dictos apostolos michi dari et hoc peto instanter instantissime quibus dictis respondit prefatus cancellarius in hunc modum ego dico quod veniatis ad me ultima die juris et ego faciam quod mea intererit et cum quesitum esset ab eo quam diem intendebat esse diem juris respondit quod ab illa nunc die usque ad tricesimum diem et quia fuit sibi replicatum quod salva sui gratia debebat intelligi a die appellationis sibi facte cum replicationi dictus cancellarius respondit faciatis quid quid vos volueritis nichil plus super hoc vobis dicam et de ipsa requisitione et responsione petiit a me tanquam a tabellione publico predictus magister johan=

=nes

-nes pipe nomine quo Supra Sibi fieri publicum instru=mentum presentibus discretis viris magistro Guillelmo maletincto magistro Petro Dierche johanne maletincto Scolare johanne Subbedello facultatis Theologie testibus ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis.

Et plus bas

Et ego garinus de prucinis clericus Senonensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius in hujus modi pe=titione et Responsione una cum Testibus Supra Scriptis presens interfui et propter hoc me hic propria manu Subscripsi Signum que meum consuetum apponi requisitus et rogatus in testimonium premissorum.

Instrumentum dictæ diei a Cancellario facul=tati coram officiali Parisiensi Die Veneris ante Sacros cineres 1330.

Instans dies lune hora vesperarum est assessu peremptorie coram nobis officialis curie cancellarii Ecclesie parisiensis ejus Speciale commissario in hac parte nobis ex officio nostro una cum procuratore dicti domini cancellarii pro=ceditur contra magistros Reginaldum de formemarie Segrentem pro Substituto decani facultatis medicine parisiensis Johannem pipe Stephanum de calvomonte, et Stephanum de nogento dicte facultatis medicine reos ad Responden=dum ex parte dictorum reorum petitioni Seu articulis nostris et dicti eorum procuratoris Traditis in Scriptis die Sabbatti instantis nisi eris feria ex parte dictorum reorum proponatur in causa mota coram nobis inter nos procuratorem et reos predictos et ad procedendum ulterius ut juris erit cum protestatione ex parte dictorum reorum de non consentiendo in nos tanquam in eorum judicem nisi inquantum

de jure et de non renuciendo earum appellationi seu appella=
tionibus dictis partibus presentibus anno domini M°. CCC.^mo^
XXX.° die veneris ante sacros cineres.
Signé par J. Deaurel, vraisemblablement de Aurelianis.

Instrumentum condictae diei coram officiali parisiensi Guillelmo de narbona cancellario et petro andreae ejus officiali

Die Veneris post oculi mei 1330.

Viro venerabili et discreto domino suo domino officiali parisiensi Gaufridus de Alneto notarius curie parisiensis tabellio que publicus cum obedientia in mandatis se ipsum noverit vestra discretio veneranda quod Ego man=datum vestrum huic presenti cedule annexum secundum formam in eodem contentum contra venerabilem virum et discretum magistrum petrum andree dicentem se offici=alem domini cancellarii Ecclesie Beate marie Parisius executioni debite de mandavi in vestra juridictione parisius scilicet in vico magno per quem itur a claustro Ecclesie marie parisiensis predicte ad pallatium regium eumdem magistrum petrum citavi de mandato vestro predicto et secundum formam litteris hiis annexis ad diem veneris post oculi mei personnis appellantibus de quibus in litteris hiis annexis fit mentio coram vobis in causa appellationis de qua etiam judicatis litteris fit mentio quod partium fuerit responsurum presentibus ad hec discretis viris domino Stephano de Confluentio Johanne de Bettunia, Simone Parvi et pluribus aliis quod vestre discretioni venerande certifico per presentes Datum sub sigillo curie parisiensis in testimonium premis=
=sorum

sorum anno domini M.° CCC.° tricesimo die veneris post oculi mei.

Mandatum officialis parisiensis quo coram se Jubetur Sisti petrus andreas qui Segerebat pro officiali Cancellarii Super provocatione Reginaldi de cornemara pro decani medicine die martis post Reminiscere 1330.

Officialis parisiensis dilectis et fidelibus nostris Michaeli de Noysma et Gaufrido de alneto clericis tabellionibus publicis ceteris que aliis curie parisiensis notariis et servientibus ad quem seu quos presentes littere fuerint presentate Salutem in domino cum ad nos ex certis et verisimilibus causis ex parte venerabilium virorum magistrorum Reginaldi de cornemara vices gerentis decani facultatis medicine Johannis pipe Stephani de Calvomonte Stephani de nogento hamonis de filgeriis Radulphi Pincon in medicina parisiensi ab audientia venerabilium virorum et discretorum domini Guillelmi de narbona cancellarii ecclesie Beate marie parisiensis et magistri Petri andree dicentis se officialem seu commissarium dicti domini cancellarii fuerit infra tempus a jure Statutum appellatum et in Scriptis et sic per appellationem hujus modi juridictio judictos dominum cancellarium et dictum magistrum petrum tanquam ipsius officiali nobis sit legitime atributa idcirco vobis et vestrum cuilibet et in solidum precipimus et mandamus quatenus dictos dominum cancellarium et dictum magistrum petrum andree dicentem se ejus officialem dum eos et eorum quemlibet extra locum exemptum et infra metas nostre juridictionis

inveneritis seu alter vestrum invenerit citetis seu alter vestrum citet peremptorie coram nobis ad curiam parisiensem ad diem seu dies competentes dictis magistris et eorum cuilibet ac eorum procuratori ipsorum nomine et pro ipsis indicta appellationis causa quod justum fuerit et consonum rationi Responsurum in jungentes nichil hominus ex parte nostra dictis domino Cancellario et ejus officiali sub pena suspensionis &c, et quingentarum librarum parisiensium nobis ab ipsis et eorum quolibet si contra fecerint applicatarum ut omnia attemptata contra dictos appellantes per ipsos Cancellarium et ejus officialem attempere appellationis hujus modi interposite revocent et revocari faciant et procurent indilate et etiam inhibitione auctoritate nostra seu alter utrum inhibeat sub penis predictis dicto domino Cancellario et ejus officiali et cuilibet eorumdem ne causa appellationis hujus modi pendente aliquid novi attemptent innovent vel inmutent seu attemptere faciant vel procurent aut alter eorum faciat vel procuret In prejudicio cause appellationis presentis et appellationem hujus modi cum intimatione intalibus commicta vobis omnibus et singulis et vestrum cuilibet quo adhoc comittentes vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo die martis post Reminiscere.

Instrumentum conducte dicti cancellario ejusque officiali coram officiali parisiensi die Jovis post Letare jerusalem 1330.

Instans dies lune est assensit peremptorie coram nobis discretis viris Magistro Reginaldo de Cornemara vices

gerenti

gerenti decani medicine parisiensis et magistris Johanni pipe Radulpho Pinchon Stephano de Calvomonte Stephano de nogento et hamoni de filgeriis magistris in medicina appellantibus ad nos officialem parisiensem ab audientia venerabilium virorum domini Guillelmi de narbona Cancellarii Ecclesie parisiensis et magistri petri andree dicentem se officialem seu commissarium dicti domini Cancellarii et contra dictos dominum Cancellarium et magistrum petrum predictum appellatos reos ad proponendum ex parte dictorum appellatorum editam curie nostre in scriptis contra dictos appellatores in causa appellationis predicta mota et pendente inter ipsas partes coram nobis et ad procedendum ulterius in junctis datum et actum cum guioto fabri clerico procuratori dictorum appellantium actori et cum magistro guillelmo de Verona clerico parisiensi dictorum appellatorum reorum nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis anno domini millesimo trecentesimo tricesimo die jovis post Letare jerusalem:

Summa appunctuamenti

Die jovis post judica me 1330.

Acta Coram nobis anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, die jovis post judica me assein peremptorie coram nobis discretis viris magistro reginaldo de Cornemiara vices gerenti decani medicine et magistris Johanni pipe, Stephano de Calvomonte, Stephano de nogento, Radulpho Pincon et hamoni de filgeriis magistris in medicina appellantibus ad nos officialem parisiensem ab audientia venerandorum virorum domini Guillelmi de Narbona Cancellarii Ecclesie beate marie

parisiensis et magistri petri andree dicentis se officialis
seu commissarii dicti domini cancellarii et contra ipsos
dominum cancellarium et magistrum petrum tanquam
dicentem se ejus officialem appellatos reos ad proponen=
dum ex parte dictorum appellatorum omnes rationes
quas proponere vellent contra petitionem dictorum ap=
pellantium traditam curie nostre in scriptis contra ipsos
appellatos nec non et ad proponendum et dicendum ex
parte dictorum appellatorum quid quid dicere vel pro=
ponere vellem contra quamdam supplicationem tradi=
tam in scriptis coram nobis ex parte dictorum appellanti=
um ad finem revocandi aliqua attemptata per appella=
tionem ad nos devolutam et inhibitam nostram dictis
appellationibus super hoc factam facta et attemptata
et ad alios fines contra dictam supplicationem contentos
dicta die quinta fabri clerico procuratori dictorum appel=
lantium de una parte nomine procuratorio ipsorum et
pro ipsis et magistro guillelmo de verona clerico di=
centi se procuratore dictorum appellantium et certum
ex habundanti pro eisdem coram nobis ad penam decem
solidorum parisiensium de rato et per fidem ex altera
in judicio coram nobis nominibus dictorum procurato=
rum et pro ipsis comparentibus dictus magister guillel=
mus nominibus quibus supra proposuit in scriptis
coram nobis rationes formam que sequitur continentes
contra quamdam magnam cedulam loco libelli seu
petitionis ut dicitur exhibitam coram nobis ex parte
discreti viri magistri Reginaldi de Cornemara gerentis
se pro substituto decani facultatis medicine parisiensis
et magistri Johannis pipe, Stephani de nogento ha=
=monis

-monia de filgeriis et Radulphi dicti Linchon et aliorum de quibus fit mentio in sic dicta cedula nec non et contra quamdam aliam cedulam continentem ut dicitur supplicationem factam pro dictis magistris contra venerabilem virum et discretum dominum Guillelmum de narbona cancellarium ad presens Ecclesie parisiensis nec non et ejus officialem tam dilatorie quam declinatorie et alias meliori modo quo fieri poterit excipiendo proponit magister Guillelmus de Dercona procurator dicti domini Cancellarii nomine procuratorio ipsius et pro ipso contra predictas rationes et facta que sequuntur ad finem quod coram vobis non teneatur procedere cum dictis medicis super eo quod ipsi proponunt coram vobis contra dictum dominum suum et quod ipsi in expensis hujus litis eidem domino suo condempnentur, et quod dictus dominus suus et ab instancia judicii vestri totaliter absolvatur et penitus dimittatur. et primo protestatus dictus procurator quo supra nomine quod ipse non intendit in vos tanquam judicem suum consentire saltem quo ad causam presentem, nec juridictionem vestram in aliquo prorogare nisi quatenus juris prejudicens quam potestationem vult dictus procurator quo supra nomine pro repetita haberi in qualibet parte litis presentis protestatus etiam dictus procurator quo supra nomine quod propter aliqua que dicat in subsequentibus quod non intendit aliqualiter litem contestari cum ad presens non habeat causam litem contestandi sed potius dilatorie seu declinatorie proponendi.

et primo dicit et proponit dictus procurator modo quo supra et nomine quo supra quod coram vobis in causa presenti procedere non tenetur cum dictis medicis pro eo et ex eo quod dictus dominus suus non est vobis subditus quo ad causam presentem quia dictum est quod dictus dominus cancellarius seu ejus officialis processerunt contra dictos medicos rite juste et canonice auctoritate delegata a sede apostolica et si sano fuissent usi consilio dicti medici ad sedem apostolicam si habuissent causam appellandi contra dictum dominum cancellarium vel ejus officialem appellare debuissent non ad vos cum nullus ordinarius judex major delegato a sede apostolica saltem quoad illam causam in qua est delegatus et ad majorem de jure et consuetudine debet appellari non ad minorem quare &c.ª Item non recedendo de premissis, sed eisdem formis adhibendo jure causam prius et ante omnia sibi super preditis reddito, dicit et proponit dictus procurator, quo supra nomine, contra dictos medicos quod cum eisdem nullo modo procedere tenetur, nec cum eisdem congredi in judicio coram vobis nisi primitus et ante omnia dicti medici prestent cautionem fidejussoriam vel pignoraticiam ydoneam de lite hujus modi prosequenda et de refundendi expensis si pro eo succumbent in lite presenti, ut faciunt, ad quid prestandum, ipsi tenentur de jure, usu et consuetudine notoria et approbata fori vestri, maxime cum omnes sint alienigene et habent pedem pulverosum nec possideant bona immobilia in juridictione vel districtu vestris; quare &c.ª Item ad illa quod ipsi medici proponunt per modum supplicationis respondet procurator dicti cancellarii nomine quo supra quod non debetis attemptare si que sint revocare quod non sunt attemptata maxime cum actum sit contra eos phisicos seu medicos

auctoritate delegata ut prefertur. Item Supposito sine prejudicio quod essent aliqua attemptata non Causam Concesso non debent de jure revocari nisi prius cognito utrum appellatio eorum valeat vel non quare &c.a Item Supposito quo domina predicta cessaret et ut non cessant jure sibi per ordinem prius super predictis nomine quo supra reddito dicit et proponit procurator predictus quo supra nomine quod eum ipsis medicis Coram vobis procedere non tenetur nec eorum sic dicte petitioni aliqualiter respondere per eos ex eo quo quod sic dicta petitio si petitio dicere videatur est obscura obscure et inepte formata prolixa nimis generalis petitio in materia et forma non Concludens ex narratis nec sequitur ex premissis conclusio et est potius a vobis laceranda neque aliqualiter admittenda ut omnia predicta possunt liquide apprime intuenti diligentor sic dictam petitionem seu libellum dictorum medicorum quare &c.a his et aliis rationibus quas vestra suppleat discretio veneranda dicit dictus procurator quo supra nomine quod vos debetis contra dictos medicos seu physicos et pro domino suo domino cancellario interloqui ad fines predictos et alios ad finem debitum in petitis fieri per ordinem dictus procurator quo supra nomine et ceterum statui et decerni quod fuerit juris et Rationis et protestatur dictus procurator nomine quo supra de expensis &c. offerens se quo supra nomine legitime probaturum de supra dictis in facto consistentibus quod sibi sufficiens de eisdem petens se quo supra nomine ad hoc admitti datum anno domini millesimo CCC.° XXX.° die jovis post dominicam qua cantatur

judicia me quibus igitur Rationibus sic propositis procurator dictorum appellantium ex adverso replicandi ad eordem proponit quod salva gratiæ proponentis premissa non obstabant. Et primo prima ratio videlicet qua dicitur dominus cancellarius et ejus officialis predictus auctoritate delegata a sede apostolica fecerunt convenire coram se seu altero eorum dictos finicos appellantes et sic non ad vos officialem parisiensem sed ad superiorem debuissent appellare &c.ª non valebat neque valet quia attentis forma et tenore articulorum in scriptis traditorum in curia dicti domini Cancellarii per ipsum seu ejus et procuratorem coram dicto dicente seu ejus officiali contra dictos appellantes non tanquam subdelegatus cognoscebat contra ipsos dictus dicens seu officialis Cancellarii sed tanquam officialis et commissarius dicti domini Cancellarii dictos appellantes fecit ad judicium evocari coram se et contra ipsos processit prout apparebat et asserere poterit per tenorem et seriem dictorum articulorum notoriorum evidenter ideo &c.ª Item proponit dictus procurator dictorum finicorum quod supposito sine prejudicio non causam concesso quod dictus dominus Cancellarius esset delegatus a sede apostolica deputatus ad contenta in articulis et causam etiam predictam contenta quod absit causam dictus dominus Cancellarius non potuit dictam causam seu juridictionem siquam habebat auctoritate sedis apostolice magistro petro andree dicente se ejus officiali seu commissario subdelegare tum quia dictus magister petrus non erat nec est neque esse poterat atque poterit

Capax

Capax juridictionis Sedis apostolice jn hac parte cum non esset canonicus Ecclesie Cathedralis nec aliquam haberet dignitatem in eadem jdeo &c. Item Supposito Sine preju=dicio non causam concesso quod dictus magister petrus esset Capax juridictionis predicte in hac parte quod Abin causam non tanquam Subdelegatus a dicto domino cancellario Sed tanquam officialis et commissarius et ordinarius agebat seu juridictionem excercere nitus fuerat in eisdem Clericis prout asserebat pro tenore processus Item ad jllam rationem que dicebat quod petitio non procedebat &c. respondit procurator quod Salva gratia proponentis jmmo procedebat et procedet de jure attenta forma et Tenore ejusdem jdeo &c. pluribus Vero a partibus allegatis Coram nobis factis quod in rationibus dicti domini Cancellarii Consistentibus in quantum de jure admissibilia facta predicta erant et non alias et ad finem ad quem tendebant cum protestatione facta tum ex parte procuratoris dictorum appellantium de jneptitudine premis=sorum Litem contestando negatis et a procuratore cancellarii predicti affirmatis tanquam Veris assignatis jpsis partibus peremptorie coram nobis diem crastinum ad probandum ex parte dictorum appellatorum jntentionem Suam primo Super factis predictis hodie ut premittitur negatis Coram nobis et ad procedendum Ulterius ut jnverit. datum et actum ut Supra.

Collatio fit per me de Rationibus et per Sy. Arnulphi mandatum.

Dies conductus partibus ut compareant Coram officiali parisiensi.

Die Veneris post Judica me 1330.

Dies Crastina est assercii peremptorie Coram nobis discretis

viris magistro Reginaldo de Cornemara vices gerenti decani facultatis medicine parisiensis et magistris Johanni pipe Stephano de nogento Stephano de calvomonte Radulpho Pinon et hamoni de filgeriis magistris in medicina appel=lantibus ad nos officialem parisiensem ab audientia viro=rum venerabilium et discretorum domini guillelmi de narbo=na et magistri Petri andree dicentis se ejus officialis seu commissarii et contra dictos appellatos Reos ad probandum secundo ex parte dictorum appellatorum intentionem suam contra dictos appellantes super factis ex parte dictorum appellatorum propositis et a procuratore dictorum appellanti=um coram nobis negatis alias in causa appellationis eorum mota et pendente coram nobis juxtor ipsos et ad procedendum ulterius in dicta causa prout de jure fuerit procedere datum et actum cum Guioto fabri clerico procuratore et procuratorio nomine dictorum appellantium ex una parte et cum ma=gistro Guillelmo de dercona clerico procuratori dicti domini Cancellarii et cancellarie pro dicto magistro petro andree ad penam decem solidorum parisiensium coram nobis de rato et per fidem compareant que nominibus dictorum partium et pro ipsis coram nobis anno domini millesimo trecente=simo tricesimo die veneris post judica me.

Summa Contumacia

Die Sabbathi post judica me

Officialis parisiensis omnibus et singulis notariis et servientibus curie parisiensis salutem in domino si ma=gister Petrus andree dicens se officialem seu commissarium viri venerabilis et discreti domini Guillelmi de Narbonna Cancellarii Ecclesie beate marie parisiensis ratum habeat

quod

quod actum fuit pro ipso coram nobis die Veneris post ju=
dicame per magistrum Guillelmum de Derona clericum
Cancellarii pro ipso coram nobis ad penam quinque Solido=
rum parisiensium de rato et perfidem qui causam ad diem
Sabbathi Sequentem non comparuit nec pro se misit discretis
viris magistro Reginaldo de Fornemara Vices gerente decani
facultatis medicine et magistris Johanne pipe Stephano
de nogento, Stephano de Calvomonte et Ramone de Algeriis
ac Radulpho Pincton magistris in medicina parisiensis
contra eam in causa appellationis ad nos interjecte ab audi=
entia dicti dicentis se officialis prefati domini Cancellarii
expectantis dicto magistro Petro contumacitor absente et ob
hoc a nobis dedicta die posito in defectu ac contumace repu=
tato mandamus vobis omnibus et Singulis predictis vestrum
cuilibet tenore que presentium Committimus quatenus ad
infra Scripta vices nostras quatenus dictum magistrum Petrum
dum eum in loco non Exemptum inveneritis vocetur a vobis
Excommunicandum nisi fidem dederit de comparitione coram
nobis die mercurii instante tempore ferie non obstante mo=
nentes eum seu alter vestrum moneat ut dicta die compareat
coram nobis peremptorie processurum predicta causa ulterius
ut jus erit et super sua contumacia responsurum de citatione
faciendum nos certificare curantes Si vero Ratum non habes
citetis seu alter vestrum citet dictum magistrum petrum
dicentem se officialem predictum processurum in causa prin=
cipali predicta ut jus erit et dictum caventem penes
dictis magistris Responsurum datum anno domini M.° CCC.^mo^
XXX.^ma^ die Sabbathi predicta

Dies iterum indictus partibus
Die Sabbathi post judicame
Instans dies Martis et averit peremptorie coram nobis discretis

viris magistro Reginaldo de Fornemara vicem gerenti decani
facultatis medicine et magistris Johanne pipe, Stephano de
Calvomonte Stephano de Nogento, et hamone de filgeriis ma=
gistris in medicina appellantibus ad nos officialem parisiensem
ab audientia venerabilium virorum domini Cancellarii ec=
clesie parisiensis et magistri petri andree dicentis se ejus offic=
ialis et contra ipsos Cancellarium et magistrum petrum predic=
tos appellatos reos ad probandum tertio ex parte dicti
Cancellarii intentionem suam contra dictos appellantes
super factis ex parte sua contra ipsos propositis et ab
ipsis seu eorum procuratore negatis coram nobis in causa
appellationis predicta mota et pendente coram nobis
inter ipsos et ad procedendum ulterius ut jus erit datum
cum Guioto fabri procuratore dictorum actorum et cum
magistro Guillelmo de Verona procuratore dicti Cancellarii
nomine procuratorio ipsius et pro ipso anno domini M°.
CCC.mo XXX.mo die Sabbati post judica me.

Dilatio Causæ ad alium diem

Die Jovis Post Judica me

Instans dies jovis est aneris peremptorie coram nobis
discretis viris magistro Reginaldo de Fornemara vicem
gerenti decani facultatis medicine parisiensis et magistris
Johanne dicto pipe, Radulpho Pincon, Stephano de
Calvomonte, Stephano de Nogento et hamoni de filgeriis
magistris in medicina parisius appellantibus ad nos
officialem parisiensem ab audientia venerabilium viro=
rum domini Guillelmi de narbona cancellarii ecclesie
parisiensis contra dictos appellatos reos ad proceden=
dum ulterius in eorum causa appellationis mota coram
nobis

nobis prout de jure fuerit procedendum quam delationem
ipsis reis concessimus pretextu absentie advocati sui
datum et actum cum guioto fabri clerico procuratore
dictorum appellantium et cum magistro Guillelmo de
Derona procuratore dicti cancellarii et cancellarie
pro dicto officiali coram nobis ad penam decem solido=
rum parisiensium de rato et per fidem anno &c. . .
dictum post judica me.

Sententia officialis pro cancellario Contra
facultem Die Sabbatti
post Sacros Cineres 1330.

Fama publica insinuatione que Clamosa ortum a fide
dignis et non a male volis habentibus non sine gravi
Scandalo et periculo referentibus que meas aures adeo
Sepe et Sepius per longa Tempora non immerito pro=
pulsarunt quod Surdis auribus Seu conniventibus oculis
nequimus nec volumus nec debemus ulterius pertransire
nos officialis curie reverendi et magne discretionis auctorita=
tis viri domini Guillelmi de narbona cancellarii Ecclesie
parisiensis commissarius Specialis ejusdem Super crimini=
bus maleficiis excessibus et delictis circa actum Scolasti=
cum Seu dependentia ex eodem vel modo quolibet tangentia
a personis in civitate et Suburbiis parisiensibus studentibus
Seu facultate qualibet regentibus vel Statum Seu gradum
in eadem habentibus, illicite commissis et perpetratis legi=
time deputatus quarumque correctio juridictio punitio tam
de jure quam de usu Stillo, et privilegiis Sedis apostolice
in hac parte dicto cancellario et ejus predecessoribus in dig=
nitate cancellarie predicta concessis tam ex consuetudine

virtute dictorum privilegiorum fulcita notoria et legitime approbata et a tanto tempore cujus contrarii memoria homi=num non existit noscitur pertinere corrigendum et canonice puniendum non odii fomite sed, zelo justicie faciendum moti edicimus et proponimus ex officio nostro una cum procuratore dicti domini nostri et curie ejusdem nomine pro=curatorio ipsius et pro ipso negotium hujus seu potius male=ficium prosequentes prout decet et interest procedente contra magistrum Reginaldum de Fornemare gerentem se pro sub=stituto decani facultatis medicine et contra magistros Johan=nem Pipe Stephanum de Calvomonte et Stephanum de Nogento magistros in medicina et eorum quemlibet in solidum tam conjunctim quam divisim petitionem seu articulos infra scriptos protestatione nichil hominus pre=habita ex parte procuratoris domini predicti cancellarii ejus curie et pro ipsis quod stilo usui et consuetudini curie predicte quibus cavetur quod summarie et de plano sine strepitu et figura judicii et absque ulla solemnitate scrip=turarum proceditur et procedi debet in curia ipsa non intendit in aliquo derogare et quod protestationem vult in subsequentibus pro repetita haberi et quam de nostro officio admisimus tanquam legitime de usu stillo et consuetudine predictis tanquam notorie primitus infor=mati licet velimus ex gratia et per modum memorie quod infra scripta crimina excessus et delicta nobis denunciata ipsis tradantur absque ullo prejudicio infrascrip=tis primo quod ipse dominus cancellarius ex privilegio quo ipse et sui predecessores parisienses ecclesie cancellarii usi sunt et habet idem cancellarius super licentiis confi=ciendis quod secundum suam conscientiam bona fide exami=

=nabit

nabis magistros et licentiandos in facultate qualibet
Studii universitatis parisiensis et Specialiter in facultate
artium et medicine et admittere dignos Repellere indignos
quod que in licentiis conferendis habens potestatem dis-
pensandi Tam in Tempore quam in aliis dependenciis
ex hoc consideratis Singulis circumstanciis prout sibi
videbitur expedire omnes etiam magistri et Singuli
dicte universitatis dum licentiantur in Sua promotione
jurant Et hactenus jurare consueverunt quod in nullo Se
obligaverunt vel obligabunt quod Sit contra dicti domini
Cancellarii potestatem vel quod in juris cancellarie Sue
prejudicium cedere dignoscatur quod que nichil attempta-
bunt quo mediante libera potestas et Examinatio ejusdem
quomodo libet imminuatur vel Etiam Restringatur quod
que a Bachalariis licentiandis nullatenus exigent pro-
bationem vel informationem aliquam de Tempore auditio-
nis eorumdem jurant insuper et jurare consueverunt quod
quotiens cumque et quamcumque vocati per dominum
Cancellarium qui pro tempore fuerit venient ad perhiben-
dum fidele Testimonium de Bachalariis licentiandis quando
cumque eosdem voluerit admittere ad Examen Sive Sit
in anno quem dicti medici vocant annum jubileum sive
quocumque alio anno et tempore indistincte prout per
predecessores dicti domini cancellarii et ipsum met
hactenus extitit observatum et Etiam consuetum et nichil
ominus per eorum prefata juramenta habent observare
pacem et Tranquillitatem Studii et universitatis parisi-
ensis et quod contrarium nullatenus procurabunt et
omnia in privilegiis ordinationibus et Statutis Super
ordinatione Studii parisiensis a retro Romanis pontificibus

et Sede apostolica dudum concessa contenta et narrata se
legitime et ad unguem observare juxta eorumdem continen=
tiam et tenorem quod que suis juramentis se astringunt
dum ut premittitur promoventur quod cum expediti fuerint
ab examine post lectionem communem si contingunt eos
vel eorum aliquem ad magisterium illius facultatis pro
vehi vel incipere post lectiones vel disputationes per duos
annos continuos vel ad minus a festo beati Remigii usque
ad Penthecostes continuabunt vel continuabit nisi super
hoc fuerit per dictum dominum Cancellarium dispensatum
et premissis non obstantibus licet obstare debuissent dicti
magistri reginaldus Johannes pipe; Stephanus de Calvomonte
et Stephanus de nogento dicte facultatis medicine qui premissa
ut premittitur juramenta in eorum promotionibus corporaliter
prestiterunt et fecerunt deum pro oculis non habentes sed potius
suarum salutis animarum immemores et eorum ab eis
juramentorum prestitorum contemptorum ordinationes privi=
legia et Statuta Sedis apostolice predicta temere infringentes
et in hac parte molientes per dictum dominum cancellarium
sufficienter vocati ad perhibendum fidele testimonium super
magistro alphonso de yspania tunc Bachalario licentiando
venire contumaciter contempserunt Item nec legerunt
per duos annos continuos cum inceperunt in artium
facultate nec super hoc a Cancellario illius temporis
licentiam habuerunt sic perjurium non est dubium in=
currendo nec non magistrum alphonsum de yspania
predictum rite et debite licentiatum per dictum domi=
num Cancellarium habita primitus depositione ex
maria et plurium magistrorum dicte facultatis suffi=
cientem bonum idoneum et scientificum in facultate me=
dicine repertum nec non et magistrum petrum de Capite

Stagno

Stagno magistrum dicte facultatis medicine pro eo quod
dictus magister Petrus, ad mandatum dicti domini cancel=
larii, ut tenetur sicut alii predicti obedire virtute suo=
rum juramentorum prestitorum deposuit super licentia
dicti magistri alphonsi licite et debite prout tenebatur
et debebat de facto indebite et injuste contra jus et justitiam
quatenus in ipsis fuerit permanerunt et privatos denuntia=
verunt et pro privatis reputant habent et tenent ab eorum
consortio licet neminem privare possint a sua facultate
nec adhoc habeant ullam potestatem cum nullus studens
in aliqua facultate parisius possit privari etiam quantum
cumque suis demeritis exigentibus nisi judicium univer=
sitatis intervenerit et solemnis deliberatio ac tractatus
universitatis predicte vel facultas artium que sola poten=
talia et sufficiens quaterna vocatio precesserint sic
turbando et usurpando jura potestatem cognitionem et
juridictionem dicte universitatis nec non jura juridictio=
nem potestatem libertates et franchisias cancellarie pari=
siensis et domini cancellarii ejusdem quantum in eis fuerit
et est impediendo minuendo seu restringendo molestando et
inquietando et dicta privilegia sedis apostolice super hoc
indulta nisu temerario infringendo propter quod non est
dubium dictum sic segregentem pro substituto decani pre=
dicte facultatis et alios predictos sibi in hoc adherentes
et adherere volentes in quantum eos aut eorum quem=
libet tangit et tangere potest sententiam excommuni=
cationis a canone late in perturbatores juridictionis
ac privilegiorum sedis apostolice promulgatorum et
penam de jure ipsi perjurii dampnabiliter incurrisse et ob hoc
per dictum dominum cancellarium et nos ejus juxta

parte vices gerentem puniri et corrigi debitis pena et cohibitione posse et debere ex causis et Rationibus ante dictis et cognitione criminum predictorum Sunt que predicti denunciati de dictis criminibus culpabiles et nocentes et apud bonos et graves publice diffamati, Item quod de et supra premissis laboraverunt merito et laborant contra ipsos publica vox et fama Item quod premissa sunt adeo notoria et manifesta et potissime in Civitate et Suburbiis parisiensibus quod inficiationis locus non suppetit quod que nulla Tergiversatione celari possunt Item quod ea vel quod debet sufficere ex eisdem confessi sunt dicti Rei coram bonis legitime fore vera idcirco ne tanta malefitia remaneant impunita potissime contra Tales et in personas Talium qui talia et similia et quasi monopolia secreta inter se fecerunt ex quibus non modica orta sunt scandala in studio et universitate predictis et verisimiliter nisi denuo apponatur suum Remedium oriri possunt dissentiones molestationes et perturbationes quam plurime dicimus et proponimus ex nostro jam dicto officio una cum dicto procuratore quo supra nomine contra dictos reos et eorum quemlibet ad finem quod si culpabiles reperiantur de premissis per nos canonice puniantur et contra ipsos statuatur et decernatur secundum qualitatem et enormitatem malificiorum et criminum predictorum quod justitia suadebit jura que volunt et Requirunt canonice sanctiones quod petit fieri et cum instantia requirit predictus procurator quo supra nomine ex causis et Rationibus ante dictis. offerentes nos et protestantes una cum dicto procuratore nominibus quibus agitur de probando ea solum modo que nobis et sibi sufficient de premissis et de ex premissis

nostris

nostris et suis nobis et sibi loco et tempore refundendo juris beneficio nobis et eidem procuratori in omnibus semper salvo datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo die sabbathi post sacros cineres.

Scellé sur simple queüe de parchemin, le sceau est perdu.

Instrumentum quo Guido Fabri facultatis procurator interpellat Cancellarium et A. Apostolos pro appellatione exhibendos Die 6. martii 1330.

In nomine domini amen noverint universi hoc presens instrumentum publicum inspecturi quod anno ejusdem domini millesimo tricentesimo tricesimo indictione quarta decima die sexta mensis martii pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.^d anno quinto decimo in presencia mei notarii publici et testium subscriptorum coram discreto viro domino officiali curie venerabilis et discreti viri domini Guillelmi de Narbona doctoris sacre pagine et cancellarii parisiensis ecclesie hora completorii vel circiter tunc sedente pro tribunali et tenente placita sua in domo dicti domini cancellarii in claustro parisiensi personaliter constitutus discretus vir, Guido Fabri clericus procurator venerabilium et discretorum virorum magistri Reginaldi de Fornemara vices gerentis decani medicine parisiensis et magistrorum Johannis Pipe; Radulphi Pinchon; Stephani de Calvomonte, Stephani de Nogento et Hamonis de Filgeriis magistrorum in medicina parisiensi ad infra scripta facienda per litteras procuratorias sigilla

curie parisiensis Sigillata bene et Sufficienter jnstructum
ut prima facie apparebat petiit jnstanter jnstantius et jns=
tantissime nomine procuratorio predicto apostolos Sibi dari
et concedi ab jpso domino officiali Super quadam appellatio=
ne Seu provocatione alias ex parte dictorum magistrorum
contra dictos dominos cancellarium et officialem Suum ex
certis causis et gravaminibus in jpsa contentis ad parisi=
ensem curiam jnterjecta quam Si quidem appellationem
Seu provocationem dictus magister procurator ad requisitio=
nem dicti officialis fere usque ad finem tunc jbidem publice
legit et dictus officialis residuum pro lecto habuit cujus appel=
lationis Seu provocationis principium et finis jnferius descri=
buntur cuiquidem procuratori prefatus dominus officialis
dicti domini cancellarii Super dictis apostolis Sic respondit
quia constat nobis vos ad Superiorem nostrum jn hoc Casu
non appellasse appellationi vestre Tanquam frivole. non
deferimus et ob hoc Super eadem apostolos refutatorios
Vobis damus actum ut Supra presentibus magistro Bernar=
do de alvernia, yvone Crenes, herveo de Curia yvone de
villa Crucis: henrico juvenis et Guidone dicto Le famu
clericis et pluribus aliis Testibus ad hec vocatis Specialiter
et rogatis. dicto vero appellatio Seu provocatio de quo Supe=
rius fit mentio Sic jncipit in nomine domini amen noverint
universi hoc presens publicum jnstrumentum jnspecturi
quod anno ejusdem millesimo Trecentesimo tricesimo die
vicesima Tertia mensis februarii jndictione quarta decima
pontificatus Sanctissimi jn cristo patris et domini Nostri
domini johannis divina providentia pape XXII. anno
quinto decimo coram venerabili et discreto viro magistro petro
andree officiali curie venerabilis et discreti viri domini . .
Cancellarii Ecclesie parisiensis tunc in curia Sua in claustro

pari=

parisiensi pro tribunali Sedente comparens et constitutus personaliter guido fabri clericus procurator Venerabilium et discretorum Virorum magistrorum Reginaldi de fornemare Johannis pipe, Stephani de nogento, Stephani de Calvomonte, hamonis de filgeriis et Radulphi Pinchon magistrorum in medicina prout per quasdam litteras procuratorias Curie officialis parisiensis Sigillo Sigillatas tunc jbidem exhibitas evidenter apparebat qui procurator nomine procuratorio dictorum magistrorum et cujus libet eorumdem et pro jpsis in mei . . notarii publici testium que jnfra Scriptorum ad hec vocatorum et Rogatorum presencia et coram eodem officiali pro Tribunali Sedente Exhibuit in Scriptis quasdam Rationes recusationis et Suspicionis contra dictos cancellarium parisiensem et ejus officialem quas selecturum jdem procurator nomine procuratorio predicto offerebat coram officiali memorato et eas proponebat ut dicebat Secundum formam et ad fines in eisdem contentos prout in quodam rotulo pergameni tunc michi notario publico . jnfra Scripto tunc et jbidem per eum Tradito continetur cujus Tenor noscitur esse talis jnprimis protestor ego guido fabri clericus procurator Venerabilium Virorum magistrorum reginaldi de fornemara johannis pipe Stephani de Calvomonte, Stephani de Nogento, Radulphi Pinchon et hamonis de filgeriis in medicina nomine procuratorio jpsorum et pro jpsis et pro quolibet eorumdem quod predicti domini mei &c.a Et Sic Terminatur ante Subscriptionem notarii Super quibus omnibus et singulis Tam dictus officialis quam dictus procurator nomine procuratorio jpsorum et pro jpsis petierunt Sibi fieri per me notarium publicum infra Scriptum presens fieri publicum

instrumentum astantes in Testimonium premissorum in=
vocando; acta fuerunt hec parisius in curia dicti officialis
Cancellarii anno indictione die mense et pontificatu quibus
supra presentibus ad hec . . discretis viris magistris mi=
chaele de fonulis juris perito, gaufrido de alneto johanne
de aurelianis yvone Cremet, et guillelmo de S.to quintino
notariis publicis et pluribus aliis testibus ad hec vocatis
et Rogatis. Rasuram et interlineare istorum dictionum
Tertia quido occurere hic approbo. Et ego Guillelmus
marpandi clericus et brinecensis diocesis publicus apostolica
et imperiali autoritate Notarius premissis appellationum
seu provocationum apostolorum petitiam rationum inscri=
ptis traditioni et Exhibitioni responsioni ac omnibus aliis
supra scriptis dicta die actis una cum dictis testibus pre=
sens inter fui ideo ea in hanc publicam formam redigendo
hic me propria manu subscripsi signum que meum ro=
gatus apposui consuetum in Testimonium premissorum.

Et plus bas en leur

Et Ego Gaufridus de Alneto clericus Corisopitensis
diocesis apostolica et imperiali autoritate notarius
publicus premissis una cum prenominatis testibus
presens interfui et ea manu mea propria scripsi, publi=
cavi, hic me subscripsi, et signum meum Rogatus
apposui consuetum. datum ut supra.

Instrumentum quo Guido fabri procurator facul=
tatis interpellat officialem Cancellarii uti Tradat
exemplar Litterarum Excommunicationis ab eo latas
adversus doctores facultatis die 7. martii 1330.

In nomine domini amen noverint per hoc presens publi=
=cum

cum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno
ejusdem domini millesimo trecentesimo tricesimo indictione
quarta decima die septima mensis martii pontificatus sanc=
tissimi patris et domini nostri domini Johannis divina
providentia pape XXII.° anno quinto decimo in presencia
mei . . notarii publici et testium subscriptorum persona=
liter constitutus discretus vir guido fabri clericus procu=
rator venerabilium et discretorum virorum magistrorum
reginaldi de Cormemara vices gerentis decani in medicina
parisiensi Johannis dicti gipe, Radulphi Pinchon, Ste=
phani de Calvomonte, Stephani de nogento, et Ramonis
de filgeriis magistrorum in medicina parisiensi ad infra
scripta facienda per litteras procuratorias sigillo curie
parisiensis sigillatas bene et sufficienter instructus ut
prima facie apparebat petiit nomine procuratorio predicto
a venerabili et discreto viro domino officiali curie venera=
bilis et discreti domini cancellarii parisiensis ecclesie
copiam quarumdam litterarum excommunicatoriarum
ab ipso domino officiali seu dicto domino cancellario
contra dictos magistros emanatarum hac per ipsum
dominum officialem seu cancellarium aut de eorum
mandato in sermone publico proclamatis de facto quam=
vis de jure hoc facere non possint ut idem procurator asse=
rebat sibi fieri dari suis sumptibus et expensis asserens
se ad hec ex parte dicti domini cancellarii ad quem
officialem missum fuisse et esse cui siquidem procuratori
prefatus dominus officialis respondit quod ipse procu=
rator dictam copiam petiisse debuisset quando dicte
littere excommunicatorie fuerunt publicate quia quod
dictas litteras penes se non habebat nolens aliter respondere

Instanter a dicto procuratore super hoc requisitus actum in claustro parisiensi anno indictione mense die et pontificatu predictis presentibus domino Stephano de confluentio Capellano perpetuo in Ecclesia parisiensi et Johanne de Bethunia notario publico et quibusdam aliis ad hec vocatis specialiter et Rogatis.

Et plus bas

Et Ego Gaufridus de alneto clericus Corisopitensis diocesis apostolica et imperiali autoritate notarius publicus premissis una cum prenominatis testibus presens interfui et ea manu mea propria scripsi publicavi hic me subscripsi et signum meum Rogatus apposui consuetum datum ut supra.

Instrumentum provocationis Cancellario significata super lata ab ejus officiali excommunicatione die 7.ª martii 1330.

In nomine domini amen noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno ejusdem domini millesimo trecentesimo tricesimo indictione quarta decima die septima mensis martii pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.º anno quinto decimo in presentia mei . . notarii publici et testium subscriptorum personaliter constitutus Guido fabri clericus procurator venerabilium et discretorum virorum magistrorum reginaldi de fornemara vices gerentis decani medicine parisius johannis pipe, Radulphi Pinchon, Stephani de calvomonte, Stephani de nogento, et hamonis de filgeriis magistrorum in me=

=dicina

dicina parisiensi ad infra Scripta facienda per litteras pro=
curatorias Sigillo curie parisiensi Sigillatas bene et Suffi=
cienter instructus ut prima facie apparebat insinuavit inti=
mavit et notificavit nomine procuratorio quo Supra venera=
bili et discreto viro domino Cancellario parisiensi quamdam
appellationem Seu provocationem alias ex parte dictorum
magistrorum contra ipsum Cancellarium et Suum officialem
ad parisiensem curiam interjectam nomine procuratorio pre=
dicto lecturum Coram ipso domino Cancellario Se obtulit
petens ab eo apostolos Sibi dari Super eadem dicens et
commonens domino cancellario predicto quod Caveret Sibi ne
incideret Seu incurreret penas a canone latas, contentas In
eadem, petiit etiam Sepedictus procurator, quo Supra nomine
adicto Cancellario copiam Sibi fieri Suis Sumptibus de quibus
dam Litteris excommunicationis ab ipso Cancellario Seu ejus
officiali contra dictos appellantes emanatis et per ipsum a
cancellarium Seu dictum Suum officialem aut de eorum
mandato in Sermone publico proclamatis de facto quamvis
de jure hoc facere non possent ut idem procurator asserebat
qui quidem cancellarius recusans audire legi appellationem
Seu provocationem predictam dicto procuratori respondit
quod nesciebat quid hoc erat et quod idem procurator pet
ad officialem Suum aliam Responsionem quamvis a dicto
procuratore esset Super hoc cum instancia requisitus -
aliqualiter nolens dare actum in Ecclesia parisiensi pre=
sentibus discreto viro Johanne de fayaco jurisperito et yvone
de kemperelle clericis et pluribus aliis Testibus et ad hec
vocatis Specialiter et Rogatis.

Cyptus bac en livis

Et Ego Gaufridus de Alneto clericus corisopitensis dio=
=cesis apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus

premissis una cum prenominatis testibus presens interfui et ea manu mea propria scripsi publicavi hic me subscripsi et signum meum rogatus apponi connectum item interlinearia illorum vocabulorum videlicet quamdam alia ex parte dictorum magistrorum contra ipsum Cancellarium et suum officialem ad parisiensem curiam interjectam approbo ego notarius. datum ut supra.

Mandatum officialis Parisiensis contra latam ab officiali Cancellarii sententiam die martis post Reminiscere. 1330.

Officialis Parisiensis omnibus et singulis notariis et servientibus curie parisiensis salutem in domino. cum dictus Guillelmus de Narbona cancellarius ecclesie parisiensis et magister petrus andree dicens se ejus officialis pendente causa appellationis ad nos contra ipsos infra tempus juris ex parte venerabilium virorum magistrorum Reginaldi de Cornemara vices gerentis decani facultatis medicine Johannis pipe Stephani de Siogento Stephani, 6 de calvomonte Radulphi Pinchon et hamonis de filgeriis in medicina parisiensi ex verisimilibus causis et gravaminibus interpositis contra dictos appellantes de die in diem procedunt de facto cum de jure non possunt saltem super hiis super quibus ad nos dignoscitur appellatum idcirco vobis omnibus et singulis predictis precipimus et mandamus quatenus dictis domino cancellario et ejus officiali ex parte nostra inhibeatis sub pena suspensionis et excommunicationis et etiam quinquaginta librarum parisiensium ne causa appellationis

hujus modi pendente coram nobis aut in prejudicium
Cedare appellationis hujus modi aliquid attemptent inno=
vent aut innuitent attemptare innovationes aut etiam in=
mutationes faciant vel procurent aut alter eorum faciat
vel procuret dictos appellantes movendo Citando suspendendo
excommunicando aut aliter cum juridictione in talibus committ
vobis omnibus et singulis et vestrum cuilibet quo adhoc com=
mittentes vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas
datum sub sigillo curie parisiensis anno domini millesimo
tricentesimo triceno die martis post Reminiscere.

Provocatio Reginaldi de Cornemara pro decano die veneris post oculi mei 1330.

Dies Crastina est aucit peremptorie Coram nobis magistro
de Cornemara vices gerente decani medicine parisius pro ma=
gistris Johanni pipe, Radulpho Pinchon, Stephano de Calvomonte,
Stephano de nogento, hamoni de Filgeriis in medicina parisius
appellantibus ad nos ad audientia venerabilium virorum do=
minorum Guillelmi de narbona Cancellarii Ecclesie Beate
marie parisiensis et magistro petro andree dicentem se ejus
officialem contra ipsos cancellarium et officialem suum ap=
pellatos reos ad faciendum fidem precise ex parte dictorum
appellatorum reorum de privilegio quod dicunt se habere
a sede apostolica eis indultum quod ipsi appellati rei
auctoritate apostolica possunt juridictionem exercere in
dictos appellantes et eos excommunicare in casu in quo
ad nos noscitur appellatum sine eo quod ad nos ab ipsis
reis valeat appellari et quod dicti rei appellati dictos
appellantes traxerunt in causam coram se vel alter eorum
traxerit autoritate apostolica et virtute privilegii predicti
quam quidem fidem ipsi non tenentur facere coram nobis
in judicio secundum deducta in judicio coram nobis hodie

et ad procedendum ulterius in dicta causa appellationis et dependentia ex ea ut fuerit salvis expensis dictorum appellantium quid de jure debebitur et solvetur et etiam protestationibus sine jude pariter factis datum et actum cum Guioto fabri clerico procuratori et procuratio nomine dictorum appellantium et cum dicto officiali dicti cancellarii per se et canonice predicto cancellario coram nobis ad penam decem solidor. parisiensium derato et per fidem anno domini M°. CCC°. XXX°. die veneris post oculi mei,

Provocatio Reginaldi de Cornemara die Sabbatti post oculi mei. 1330.

Anno domini millesimo Tricentesimo tricesimo die Sabbatti post oculi mei expectantes coram nobis discreti viri magister Reginaldus de Cornemara vices gerens decani medicine parisiensis et Johannes pipe Stephanus de nogento, Stephanus de Calvomonte Radulphus Pincon hamo de filgeriis magistri in medicina parisius appellantes contra dominum Guillelmum de narbona cancellarium Ecclesie Beate marie parisius et magistrum Petrum andree dicentem se ejus officialem qui non comparuerunt ad finem habendi deffensionem hujus diei et ad quemcumque alium finem debitum datum ut supra.

Provocatio Reginaldi de Cornemare die Sabbatti post dominicam qua Cantatur oculi mei. 1330.

Instans dies jovis est aneris perempte coram nobis discretis viris magistro Reginaldo de Cornemara vices gerenti decani medicine parisiensis et magistris Radulpho Pinchon

Johanni

Johanni pipe, Stephano de Calvomonte, Stephano de nogento et hamoni de filgeriis magistris in medicina parisiensibus appellantibus ad nos officialis parisiensis ab auditorio seu audientia venerabilium virorum domini Guillelmi de narbona cancellarii ecclesie beate marie parisiensis et magistri Petri andree dicentis se officialem seu commissarium dicti domini cancellarii et contra dictos dominum cancellarium et ejus dicentem officialem predictos appellatos Reos ad deliberandum ex parte dictorum reorum appellatorum super petitione dictorum actorum appellatorum tradita curie nostre in scriptis die lune precedenti in causa appellationis predicta et ad procedendum ulterius ut jus erit et hodie intibuimus dictis magistro petro presente coram nobis gerenti se pro officiali dicti cancellarii et etiam dicto domino cancellario sub pena excommunicationis et centum librarum parisiensium ne causa appellationis hujus modi pendente coram nobis aliquid attemptent innovent aut innutent, attemptare innovare aut etiam innutare faciant vel procurent quod in nostra juridictionis prejudicium dictorum que appellantium, cedere dignoscatur cum intimatione in talibus consueta et hodie dicti magistri Johannes pipe Stephanus de nogento, Stephanus de Calvomonte hamo de filgeriis et Radulphus Lineon in judicio per se comparentes coram nobis protestati fuerunt quod propter eorum presentiam non intendebant suos procuratores in aliquo Revocare datum et actum cum dictis magistris ultimo nominatis per se comparentibus et cum guioto fabri clerico procuratore aliorum absentium nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis ex una parte et dicto magistro petro andree dicenti se officiali ut

premittitur per se et cum magistro Guillelmo de Derecona clerico dicenti se procuratori dictorum Cancellarii et officialis ex altera parte coram nobis ad penam decem solidorum parisiensium decrato exper fidem anno domini millesimo trecentesimo Tricesimo die Sabbathi post dominicam que Cantatur oculi mei.

Scellé sur Simple queüe de parchemin en cire verte le Seel etant en partie Rompu, il reste vne Em=preinte d'vne Croise Cantonnée de deux fleurs de lys.

Instrumentum Causæ provocationis facultatis contra Cancellarium die martis post Letare Jerusalem 1330.

Dicunt et in jure coram vobis domine officialis parisiensis proponunt Reginaldus de fornemara Johannes pipe, Stephanus de nogento, Stephanus de Calvomonte, hamo de filgeriis Radulphus Pinchon magistri in medicina parisienses clerici actores appellantes ad vos domine judex predicte ab auditorio seu audientia venerabilium virorum domini Guillelmi de Narbona Cancellarii Ecclesie Beate marie parisiensis et magistri petri andree dicentis se officialis seu commissarii dicti domini cancellarii et contra ipsum Cancellarium et magistrum petrum dicentem se ejus officialem ut premittitur appellatos reos quod dictus dominus cancellarius per se vel procuratorem suum in causam traxit et ad judicium Evocari seu trahi citari et ad judicium evocari fecit et procuravit dictos appellantes actores coram dicto magistro petro tanquam officiali et commissario suo et jurisdictionem

ordi=

ordinariam talem qualem dictus dominus Cancellarius habebat
Seu habere Sedicebat et proponebat judictos actores exercere
tritento dictus que dominus Cancellarius profert vel procurato=
rem Suum in Scriptis quosdam articulos contra appellantes
ante dictos et plura Crimina Seu excessus contra ipsos
actores continentes tradidit Seu Tradi et opponi ipsius nomi=
ne et pro ipso fecit et procuravit formam que Sequitur Con=
tinentes fama publica insinuatione que clamosa ortum a
fide dignior et non a malevolis habentibus non Sine gravi
Scandalo et periculo referentibus que nostras aures adeo Sepe
et Sepius per longa Tempora non immerito pro pulsarunt
quod Surdis auribus Seu Conniventibus oculis nequimus
Sicut nec volumus nec debemus ulterdi per transire nos
officialis curie Reverendi Et magne discretionis et autoritatis
viri domini Guillelmi de Narbona Cancellarii ecclesie parisi=
ensis commissarius Specialis ejusdem Super criminibus male=
ficiis excessibus et delictis circa actum Scolasticum Seu depen=
dentia ex eodem vel modo quolibet tangentia a personis in
Civitate et Suburbiis parisius Studentibus Seu facultate qua=
libet regentibus vel Statum Seu gradum in eadem habentibus
illicite commissis et perpetratis legitime deputatus quarumque
Correctio interdictio punitio Tam de jure quam de rom Stillo
Et privilegiis Sedis apostolice in hac parte dicto Cancellario
et Ejus Successoribus in dignitate cancellarie predicta concessis
Tam ex consuetudine virtute dictorum privilegiorum feliciter
notorie et legitime approbati et a Tanto Tempore cujus contra=
rii memoria hominum non existit noscitur pertinere cognos=
cendi et canonice puniendi non odii fomite Sed Zelo justicie
faciendi moti dicimus et proponimus ex officio nostro una
cum procuratore dicti domini nostri et curie ejusdem nomine
procuratorio ipsius et pro ipso negotium hujus modi Seu potius
maleficium prosequentes et ut decet et interest procedentes

contra

contra magistrum reginaldum de fornemare gerentem se pro
substituto decani facultatis medicine et contra magistros
Johannem pipe, Stephanum de Calvomonte et Stephanum
de nogento magistros in medicina et eorum quemlibet in
solidum tam conjunctim quam divisim petitionem seu articulos
infra scriptos protestatione nichilominus prehabita ex
parte procuratoris predicti nomine dicti Cancellarii ejus
curie et pro ipsis quod stilo usui et consuetudini curie pre=
dicte quibus cavetur quod summarie et deplano sine strepitu
et figura judicii et absque ulla solempnitate scripturarum
proceditur et procedi debet in curia ipsa non intendit in aliquo
derogare et quam protestationem vult in subsequentibus
pro repetita haberi et quam ex nostro officio admiminus tan=
quam legitime de vro stilo et consuetudine predictis tanquam
notorium primitus informati licet velimus ex gratia et
per modum memorie quod infra scripta crimina ex certis
et delicta nobis denuntiata ipsis tradantur absque ullo
prejudicio in scriptis primo quod ipse dominus Cancellari=
us ex privilegio quo ipse et sui predecessores parisiensis
ecclesie Cancellarii usi sunt et habet idem Cancellarius
super licentiis conferendis quod secundum suam consci=
entiam bona fide examinabit magistros et licentiandos
in facultate qualibet studii parisiensis et specialiter in
facultate artium et medicine et admittens dignos repellet
indignos quodque in licentiis habens potestatem dispen=
sandi tam in tempore quam in aliis dependentiis ex tunc
consideratis singulis circumstanciis prout sibi videbitur et
videtur expedire expedire omnes etiam magistri et singuli
dicte universitatis dum licentiantur in sua promotione
jurant et hactenus jurare consueverunt quod in nullo se
obligaverint vel obligabunt quod sit contra dicti domini

Can=

Cancellarii potestatem vel quod in jure Cancellarie sue pre=
judicium cedere dignos eatur quod que nichil acceptabunt quo
mediante libera potestas et Examinatio ejusdem quoquolibet
minuatur vel Etiam restringatur quod que a Bacchalariis licen=
tiandis nullatenus exigent probationem vel informationem ali=
quam de Tempore auditionis eorumdem jurant in super et
jurare Consueverunt quod quociens cumque et quando cumque
et vocati per dominum Cancellarium qui pro tempore fuerit
venient ad perhibendum fidele testimonium de Bacchalariis
Licentiandis quando cumque eosdem voluerit ad Examen sive
sit in anno quem dicti medici vocant annum jubileum sive
quocumque alio anno et Tempore indistincte prout predeces=
sores predicti domini Cancellarii et ipsimet hactenus ex=
titit observatum et Etiam consuetum et nichilominus per
eorum prestita juramenta habent observare pacem et Tran=
quilitatem Studii et universitatis parisiensis et quod Contra=
rium nullatenus procurabunt et omnia in privilegiis ordi=
nationibus et Statutis super ordinatione Studii parisiensis
a Retro Romanis pontificibus et Sede apostolica dudum
Concessis Contenta et narrata se legitime et ad unguem ob=
servare juxta earumdem Continentiam et tenorem quodque
suis juramentis se astringunt dum ut permittitur permo=
nentur quod cum expediti fuerint ab examine post lectionem
communem si contingat eos vel eorum aliquem ad ma=
gisterium illius facultatis provehi vel incipere post lec=
tiones, et disputationes per duos annos continuos vel
ad minus a festo beati Remigii usque ad Penthecosten
continuaverit vel continuabit nisi super hoc fuerit per
dictum dominum Cancellarium dispensatum et premissis
non obstantibus licet obstare debuissent dicti magistri
Reginaldus Johannes Pipe, Stephanus de Calvomonte,
et Stephanus de Nogento, dicte facultatis medicine qui
premissa ut premittitur juramenta in eorum promotionibus
Corporaliter prestiterunt et fecerunt deum pre oculis non

habentes

habentes Seu potius Suarum Salutis animarum jmme=
mores et eorum ac eius juramentorum prestitorum contem=
ptores ordinationes privilegia et Statuta Sedis apostolice
predicta temere infringentes et in hac parte molientes per
dictum dominum Cancellarium Sufficienter vocati et ad
perhibendum fidele Testimonium Super magistro alphonso
de yspania tunc Bachalario licentiando Venire Contumaciter
contempserunt, Item nec legerunt per duos annos con=
tinuos cum inceperunt in artium facultate nec Super
hoc a Cancellario illius temporis licentiam habuerunt
Sic perjurium non est dubium incurrendo nec non ma=
gistrum alphonsum de yspania predictum rite et debite
licentiatum per dictum dominum Cancellarium habita
primitus depositione ut moris est plurium magistrorum
dicte facultatis Sufficientem bonum ydoneum et Scienti=
ficum in facultate medicine repertum nec non et magis=
trum petrum de Capite Stagno magistrum dicte facultatis
medicine pro eo quod dictus magister petrus ad mandatum
dicti domini Cancellarii Cui tenetur Sicut alii predicti
obedire Virtute Suorum juramentorum prestitorum de=
ponit Super licentia dicti alphonsi licite et debite prout
tenebatur et debebat de facto indebite et injuste contra
jus et justitiam quantum in ipsis fuit privaverunt et priva=
tos denunciaverunt et pro privatis reputant habent et
tenent ab eorum Consortio licet neminem privare possint
a Sua facultate nec ad hec habeant ullam potestatem
cum nullus Studens in aliqua facultate parisius possit
privari etiam quantumcumque Suis demeritis exi=
gentibus nisi judicium Universitatis intervenerit et solemp=
nis deliberatio et tractatus Universitatis predicte vel facultas
artium que Sola potest talia et Sufficiens quaterna vocatio

pre=

precesserint sic turbando et usurpando jura potestatem cognitionem et juridictionem dicte universitatis nec non jura juridictionem potestatem libertates et franchisias cancellarie parisiensis et domini . . cancellarii ejusdem quantum in eis fuit et est, impediendo, minuendo, seu restringendo, molestando seu inquietando, et dicta privilegia sedis apostolice super hoc indulta ausu temerario infringendo propter quod non est dubium dictum sic gerentem pro substituto decani predicte facultatis et alios predictos sibi in hoc adherentes et adherere volentes inquantum eos et eorum quemlibet tangit et tangere potest summam excommunicationis a canone late sancte inperturbatores juridictionis et privilegiorum sedis apostolice promulgate et penam de inceps perjurii dampnabiliter incurisse et ab hec per dictum dominum cancellarium et nos in hac parte vices gerentem puniri et corrigi debita pena et cohibitione ponent et debent ex causis et rationibus ante dictis et occasione criminum predictorum sunt que predicti denuntiati de dictis criminibus culpabiles et nocentes et apud bonos et graves publice diffamati, item quod de et super premissis laboraverunt merito laborant contra ipsos publica vox et fama item quod premissa sunt adeo notoria et manifesta et potissime in civitate et in suburbiis parisiensis quod inficiationis locus non inistis quod que nulla tergiversatione celari possunt; item quod ea vel quod debet sufficere ex eisdem confessi sunt dicti rei coram bonis legitime fore vera ideirco ne tanta malefitia remaneant impunita potissime contra tales et in personas talium qui talia cismata et quasi monopolia secreta inter se fecerant ex quibus

non

non modica orta sunt scandala in studio et universitate pre=
dictis et verisimiliter nisi deus apponat sum remedium oriri
possunt dissensiones molestationes et perturbationes quam
plurime dicimus et proponimus ex nostro jam dicto officio
una cum dicto procuratore quo supra nomine contra dictos
reos et eorum quemlibet ad finem quod si culpabiles
reperiantur depreminis per nos canonice puniantur et
contra ipsos statuatur et determinatur secundum qualita=
tem et enormitatem maleficiorum et criminum predictorum
quod justicia sua debit jura que volunt et requirunt cano=
nicas sanctiones quod petit fieri et cum instancia requirit
predictus procurator quo supra nomine ex causis et ratio=
nibus ante dictis offerentes nos et protestates una cum
dicto procuratore nominibus quibus agitur deprobando ea
solum modo que nobis et sibi sufficient depreminis et de
ex pennis juris et suis nobis et sibi loco et tempore refun=
dendis juris beneficio nobis et eidem procuratori in omnibus
semper salvo datum anno domini millesimo trecentesimo
tricesimo die sabbathi post sacros cineres; Item et contra
dictos magistros Radulphum Pinchon et hamonem de
filgeriis sub eadem seu consimili forma articulos tradidit
seu tradi et proponi ipsius nomine et proprio fecit et
procuravit sub data anni et diei predictorum et ad finem
supra dictum; Item dicunt et proponunt dicti actores quod
ipsi actores per se vel eorum procuratorem ydoneum et licen=
tiatorie destinatum plures recusationem seu suspicionum
causas juris et facti notorias contra dictos cancellarium
et dictum magistrum petrum dicentem se ejus officialem ut
dictum est in scriptis et coram ipsis et coram quolibet et
eorundem legitime assignarunt et etiam proposuerunt que
sequitur inprimis protestor Ego Guido fabri clericus procurator
venerabilium virorum magistrorum Reginaldi de cornemara

Johannes

Johannes pigre, Stephani de Calvomonte, Stephani de nogento, Radulphi Pinchon, et hamoni de filgeriis in medicina nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis et pro quolibet eorundem quod predicti domini mei non consentiunt nec etiam ego predictus Guido procurator eorum in vos magistrum petrum andree qui vos geritis pro officiali et commissario magistri Guillelmi de narbonna Cancellarii Ecclesie Beate marie parisiensis tanquam in suum judicem et quod non intendunt predicti domini mei nec ego intendo nomine procuratorio ipsorum prorogare juridictionem vestram si quam habetis nisi quatenus de jure fuerit faciendum et etiam quod si aliqua verba dixero in subsequentibus coram vobis que litis contestationem sapere videantur quod non est intentionis mee litem contestari nisi hoc appareat manifeste quas appellationes et eorum quamlibet volo ego predictus procurator nomine procuratorio ipsorum dominorum magistrorum meorum pro repetitis haberi in qualibet parte dicendorum quibus protestationibus sic premissis non recedendo ab appellationibus contra predictum Cancellarium alias nomine facultatis medicine parisiensis interpositis sed eisdem penitus nomine predicto inhibendo prout alias adheserunt ita dico et propono nomine predicto quum valde periculosum est et tristissimos solet sortiri effectus sub suspecto judice litigare ideo cum vos magister Petre andree qui pro officiali et commissario dicti magistri de narbona Cancellarii Ecclesie Beate marie parisiensis vos geritis vere et non immerito habeant et predictum Cancellarium sibi suspectos predicti domini mei et etiam ego nomine predicto audienciam vestram et dicti Cancellarii et auditorium vestrum si quod habetis super propositis et contentis in articulis contra ipsos ex officio vestro ut dicitur ad instantiam seu requestam

predicti

prediti Cancellarii seu provocatoris sui nomine et Ratione diti Cancellarii recusant et declinant et Etiam preditus guido procurator ipsorum nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis juriditionem vestram et audienciam vestram et Etiam diti Cancellarii siquam habetis recuso et declino primo ex eo et pro eo quia notorium est atque certum quod nomine facultatis medicine pa=risiensis extitit contra ditum cancellarium super con=tentis in ditis articulis propositis per vos contra preditos dominos meos et eorum quemlibet legitime appellatum et quod dita appellatio adhuc pendet et quod domini mei prediti et quilibet eorum dite appellationi nomi=ne dite facultatis interjecte cujus prediti domini mei sunt et tunc erant membra honorabilia adheserunt legitime et adherent propter quod quilibet ipsorum pro vero appellante contra ditum cancellarium repu=tatur et verus appellans in effectu habetur propter quam appellationem et adhesionem preditam ditus Can=cellarius multum fuit turbatus iratus et commotus est adhuc est contra preditos dominos meos sine causa et ideo multum dubitant prediti magistri et quilibet eorum et merito dubitare debent et Etiam ego nomine predito quod ditus Cancellarius provocatus expreminis ipsis obesse velit et specialiter in causa quam per vos et per procuratorem suum nititur et intendit agere et movere contra preditos dominos meos et Etiam vos qui asseritis vos gerere vices cancellarii prediti in causa predicta in qua jam preditis dominis meis articulos tradidistis cum auditorium diti Cancellarii et vestrum si quod sit idem Reputetur item ex eo et pro eo vos et ditum Cancellarium habent prediti domini mei tam

Con=

Conjunctim quam divisim Suspectos et merito et Etiam ego nomine Eorum omnia et Singula contenta in articulis Vestris predictis tangunt et continent jus honorem et libertatem dicti Cancellarii prout vos asseritis in ipsis articulis Cujus Cancellarii dicitis vos esse officialem et commissarium propter quod juste dubitant et Ego Etiam nomine Eorum dubito de recto judicii Siquod habetis provisione maxime cum nullus debeat pro se vel per alium in causa Sua judicare quare predicti domini mei et Eorum quilibet vos predictum magistrum petrum andree gerentem vos pro officiali et commissario dicti Cancellarii et ipsum Cancellarium predictis nominibus meis tam Conjunctim quam divisim vos et predictum Cancellarium et juriditionem Vestram Seu audientiam Vestram Siquam habetis Super premissis Seu aliis recuso expentius declino propter causas predictas etiam notorias atque veras quas ex habundanti et ad Cautelam offero me nomine quo Supra probatorum prout fueris rationis coram venerabili viro et discreto domino . : officiali parisiensi judice ordinario quem in arbitrum nomine procuratorio predictorum dominorum meorum et pro ipsis Et ad Cautelam eligo ex nunc Super premissis quibus Rationibus Seu recusationibus Sic assignatis et propositis ne idem dominus Cancellarius Seu dictus magister petrus gerens Se pro officiali Seu commissario ejusdem contra ipsos appellantes ulterius de facto cum de jure non posset procedere ad vos et audienciam Vestram procuratoris Eorumdem appellantium nomine et pro ipsis infra Tempus debitum legitime provocavit et appellavit et apostolos cum instancia petiit nomine quo Supra Sibi dari prout in instrumento Super dicta provocatione confecto ac Signo Guillelmi marpandi notarii publici signato plenius Continetur Item quod appellatione Seu provocatione Sic interposita Idem magister petrus gerens Se pro officiali

Seu

Seu commissario dicti domini Cancellarii pon et contra appel=
lationem Seu provocationem antedictam dictos appellantes
de facto et de jure nonpones Contumaces reputari: Item
dicunt dicti appellantes quod quid quid juridictionis dictus
dominus Cancellarius habet Seu habere potest parisius
Seu dictus magister petrus dicens Se ejus officialis habet
Seu habere potest et ipse et Sui predecessores Cancellarii
Ecclesie parisiensis habuerunt et habere consueverunt habent
et Tenent habere et tenere consueverunt tanquam Sub dictus
Seu Subditi et juramento fidelitatis astrictus Seu astricti
reverendo patri in cristo ac domino parisiensi ab ipso que
Cancellario et ejus officiali Seu commissario ad vos domine
officialis predicte ex parte eorum quinque ibidem ad
judicium etiam in actu Scolastico Evocatorum tanquam
ipsius domini Cancellarii et ejus officialis Superiorem
potest Et licet appellari tam de jure quam de usu et anti=
qua ac approbata consuetudine ville civitatis et diocesis
parisiensis hujus versa et Etiam legitime prescripta Item
quod vos et predecessores vestri officiales parisienses estis
et fuistis et fuerunt in possessione vel quasi appellationes
interpositas qualitor cumque Et ex qua cumque Causa a
dictis domino Cancellario et officiali Suo ac predecessoribus
eorumdem aquibus cumque personis ad vos et predecessores
Vestros officiales parisienses et curiam Vestram parisiensem
recipiendi, inhibendi, et cognoscendi et fuis debito deman=
dandi et premissa omnia et Singula Sunt Vera notoria
manifesta et ea recognoverunt dicti appellati et eorum
quilibet coram bonis pluries legitime fore vera fama
publica Ex communi assertione populi hoc testantur qua=
re petunt dicti appellantes per vos domines judex predicte
pronunciari et declarari dictos Cancellarium et magistrum
petrum gerentem Se pro ejus officiali Seu commissario legitime

reusatos

recusatores fuisse per appellantes predictos et pronunciari et declarari finaliter ipsos actores rite juste legitime et Canonice ad voce ex premissis appellasse dictosque appellatores reos ipsis actoribus appellantibus in expensis suis legitime factis et faciendis in lite presenti condempnaturos ex causis et Rationibus antedictis et Sibi justiciam fieri Super omnibus et Singulis premissis et canonice provideri meliori modo quo fieri poterit et debebit officium vestrum in premissis jmplorando in hiis quibus fuerit jmplorandum protestantes de probando ea Solum que Sibi Sufficient de premissis et de Expensis Suis predictis factis et faciendis eis a dictis appellatis refundendis loco et Tempore Competentibus et hec dicunt et petunt dicti appellantes Contra dictos appellatores reos omni jure modo et forma quibus melius possunt juris beneficio in omnibus Sibi Salvo datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo die martis post dominicam qua cantatur Letare jerusalem.

Collatio fit

Scellé Sur Simple queüe de parchemin, Le Seel en partie rompu, Il reste une fleur de lys et le Baton cantoral.

Supplex libellus Reginaldi de Cornemare et aliorum Officiali parisiensi porrectus Contra litteras excommunicationis Latas ab officiali Cancellarii die Jovis post Letare Jerusalem 1330.

Vobis domine officialis parisiensis, Supplicant discreti viri magistri Reginaldus de Cornemara vices gerens decani facultatis medicine parisiensis Johannes pipe, Stephanus de Calvomonte, Stephanus de Nogento, Ivo de filgeriis, et Radulphus dictus Pinchon magistri in

medicina

medicina quod cum super officialis curie Cancellarii Ecle=
sie parisiensis mandaret ad requestam dicti Cancellarii
Seu ejus procuratoris ipsos magistros de facto citari coram
eo dicto cancellario Seu ejus procuratori et eidem officiali
responsurum ipsi que Seu eorum procurator pro ipsis
legitime fundatus compareret coram dicto officiali Cancellarii
et petitione facta Seu articulis datis ex parte dicti offici=
alis ex pro parte dicti Cancellarii contra ipsos et ipse
procurator pro ipsis et nomine ipsorum eudem officialem
ex certis et legitimis causis veris et notoriis legitime
recusavit ac cancellarium predictum et Recusatione tali=
ter facta Statim dictus procurator timens ne ipse officialis
de facto contra ipsos magistros procederet cum de jure non
posset provocavit et appellavit canonice contra officialem
et cancellarium predictos ad vos dominum officialem pari=
siensem et ad vestram curiam prout Sibi licuit prout hec
in instrumento publico Signo et Subscriptione discreti
viri magistri Guillelmi marpandi notarii publici signa=
ta Super hoc confecto plenius continetur cumque etiam
post modum dicti magistri Seu eorum procurator pro
ipsis a vobis inhibitionem legitime super ut asseris
contra dictos officialem et Cancellarium et eidem officiali
et Cancellario predicto auctoritate vestra ordinaria fuisset
inhibitum prout est fieri consuetum ne amplius Sub
certa pena in dicta inhibitione contenta contra dictos
magistros aliquid attemptarent vel facerent quod esset
in prejudicium juridictionis vestre et dictorum magistro=
rum appellantium dampnum dedecus vel gravamen prout
hoc ex tenore dicte inhibitionis potest liquidius apparere
nichilominus appellatione ac provocatione ac inhibitione
predictis non obstantibus ipse officialis dicti Cancellarii Sue

Sequens

Sequens libitum voluntatis et non judicium rationis dictos magistros de facto excommunicavit et excommunicatos fecit parisius mentiri auctoritate sua imo potius temeritate propria quod que ex aliis mandatum predicta post et contra provocationem appellationem ac inhibitionem predictas de facto temere attemptando quod de jure facere non potuit quoquomodo in contemptum et magnum prejudicium juridictionis vestre et in magnum prejudicium predictorum magistrorum quatenus predictis magistris velitis super dictis attemptatis post et contra inhibitionem vestram per dictum officialem prout ad officium vestrum pertinet de oportuno remedio providere dicta que attemptata revocare prout vobis videbitur faciendum seu saltem eisdem concedere absolutionis beneficium ad cautelam et super premissis omnibus et supplicans sibi per vos canonice providere meliori modo quo fieri poterit et debebit officium vestrum implorando in omnibus inquibus fuerit implorandum qua supplicatione sic tradita nos averit ipsis partibus peremptie coram nobis diem lune instantem ad respondendum ex parte dictorum cancellarii et ejus dicentem se officialem appellatorum supplicationi presente nisi aliquid efficax proponatur et in scriptis quo minus teneatur dicte supplicationi respondere ac contentis in eadem et ad procedendum ulterius ut jus fuerit datum et actum cum Guioto fabri clerico procuratori dictorum actorum appellantium nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis ex una parte et magistro Guillelmo de Dercona procuratore ut dicebat dictorum appellatorum et causam ex habundanti pro eisdem coram nobis ad penam decem solidorum parisiensium de rato et per fidem anno domini millesimo trecentesimo tricesimo die jovis post letare jerusalem.

Dies conditus decano et facultati Coram officiali Cancellarii Die martis post Ramos 1330.

Dies martis post instantem diem dominicam qua Cantabi=
tur quasimodo. nisi dies fuerit ferialis alioquin &c. eit assignata
peremptorie coram nobis officiali parisiensi discretis viris
magistro Reginaldo de fornemara vices gerentis decani
facultatis medicine parisiensis et magistris Johanni dicto
pipe, Stephano de Calvomonte, Stephano de nogento, Ra=
dulpho Pincon, et hamoni de filgeriis magistris in medicina
appellantibus ad nos officialem parisiensem predictum
ab audientia virorum venerabilium et discretorum magistri
guillelmi de narbona cancellarii Ecclesie parisiensis et ma=
gistri petri andree gerentis se pro officiali seu commissa=
rio dicti cancellarii et contra ipsos cancellarium et dictum
magistrum tanquam dicentem se ut premittitur ejus
officialem seu commissarium appellatos reos ad proban=
dum quarto ex parte dictorum appellatorum intentionem
suam contra dictos appellantes super factis ex parte
ipsorum propositis in causa appellationis hujus modi
mota et pendente coram nobis inter partes predictas
cum solempnitate juris in talibus fieri consueta; hodie
facta in judicio coram nobis a procuratore dicti cancellarii
et dicto officialis presente coram nobis et ad procedendum
ulterius ut jus erit et hodie guiotus fabri clericus parisi=
ensis dictorum appellantium litteratorie destinalis nomi=
ne pariter ipsorum et pro ipsis protestatus fuit de dicendo
si sibi expediat in omnia instrumenta litteras seu
privilegia hodie in modum probationis coram nobis ex
hibita ex parte dicti procuratoris ipsius Cancellarii et dicti
officialis loco et tempore competente datum et auctum

cum

cum dicto guioto fabri Clerico procuratori dictorum appel=
lantium ut dictum est et cum magistro guillelmo de Verona
clerico procuratore dicti Cancellarii nomine procuratorio
ipsarum partium et pro ipsis et dicto magistro Petro andree
per se in judicio Coram nobis Comparentibus anno domini
millesimo trecentesimo tricesimo die martis post Ramos
palmarum
per J. de S.to

Intercessio facta a Baccalaureis in lite Contra
Cancellarium, XI.a Die Januarii 1330.

In nomine domini amen. noverint universi hoc presens
publicum instrumentum inspecturi quod anno eiusdem
domini millesimo trecentesimo tricesimo die undecima men=
sis januarii, inditione quarta decima, Pontificatus
Sanctissimi in cristo patris et domini nostri, domini Jo=
hannis divina providentia pape XXII.di anno quinto deci=
mo, in mei notarii publici, testium que infra Scriptorum
ad hoc Vocatorum et rogatorum presencia propter hoc
personaliter constituti viri venerabiles et discreti magis=
tri yvo de Guiser Brito, Johannes de Ponte novo, Philippus
de Curia, Petrus de fontanis, Johannes pipe, egidius de
Greinberge, Guillelmus de Lausanna, Johannes de Jotro,
Stephanus de Nogento, Guillelmus de Barra, Dionisius
Jaffray, Petrus Poillet, Johannes de aureliaco, martinus
Lefourtais, Gratianus de Brixia, mainfredus de mediolano,
Johannes de Limayo, egidius de Raverio, Johannes de S.to
quero, Jacobus de Cantarana, maurinus de mediolano,
Robertus Cardone in facultate medicine parisiensi tam
actu regentes quam non Regentes nec non magistri Petrus
Lemonnier, Petrus de Puteo, Johannes Scotus, Johannes de

Longo

Longo, hugo de Vigny, Renerus de Tessema, Johannes Le Camus, andreas Clerici, Villermus de Gandavo, Johannes de Treia, Guillelmus de Lronchoyo, nicolaus de Valle, Johannes magistri Radulphus de hotot, adam de framovilla, Leodegarius homodei, Johannes de villa=nova, Petrus de Lnoia, Johannes Pauperis, arnulphus Bourer, Wiardus de profunda valle jndicta facultate medicine Bacalarii jurati tanquam jlli qui Sunt et erant de Collegio et communitate dicte facultatis Cuidam appellationi Seu provocationi alias videlicet die nona mensis Januarii per Venerabilem et discretum virum magistrum Reginaldum de fornemare Substitutum decani dicte facultatis medicine Suo et dicte facultatis nomine contra venerabilem et discretum virum dominum Cancellarium parisiensem, ac magistrum alfonsum de yspania Sive de portugalia ex certis de causis ad Sedem apostolicam jnterjectae adheserunt et adherunt et Sub protestationibus contentis in appellatione Seu provocatione Supra dicta. Super quibus dictus magister Reginaldus Suo et dicte facultatis medicinae nomine petiit Sibi per me notarium publicum infra Scriptum presens fieri publicum justrumentum astantes in testimonium premissorum jnvocando. acta fuerunt hec parisius anno jndictione, die mense, et pontificatu quibus Supra, presentibus adhec discretis viris Philippo de hayo, dicte facultatis medicine Bidello, et guillelmo Burnel clerico testibus adhec vocatis et Rogatis

Et Ego Guillelmus Marpandi clericus abrincensis diocesis publicus apostolica et jmperiali autoritate notarius premissis adhesionibus Suis ac aliis Supra Scriptis, dum Sic agebantur, una cum dictis testibus presens jnterfui

Interfui: Ideo hic me propria manu Subscripsi, Signum que meum Rogatus apposui Consuetum in testimonium premissorum.

Expostulatio magistri Johannis pipe adversus magistrum Johannem halequin Super Litteris ad Licentiam magistri andree de Cuniculis Concessis. XII.ª octobris 1330.

In nomine domini, amen. per hoc publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo indictione quartadecima, anno in Cristo patris ac domini domini Johannis divina providentia pape vicesimi Secundi quinto decimo, duodecima die mensis octobris, dum vir venerabilis et discretus magister Johannes pipe magister in medicina teneret Congregationem Sue facultatis in Capitulo Beati maturini, loco dacani Sue, in mei publici notarii et testium infra Scriptorum presentia requisivit dictus magister pipe virum venerabilem et discretum magistrum Johannem halequin utrum Recoleret Se fecisse vel dixisse aliquid quod esset vel posset esse in prejudicium Et gravamen dicte facultatis nec non contra Statuta Libertates Consuetudines approbatas ipsius Canonice, quia opponebatur dicto magistro Johanni halequin ut asserebat dictus magister Johannes pipe una cum non nullis magistris ejusdem facultatis quod prefatus magister Johannes halequin Sigillaverat, quamdam Cedulam ad requestam andree de Cuniculis et pro ipso andrea in qua Cavebatur quod dictus magister halequin perhibebat testimonium domino Cancellario parisiensi quod dictus andreas erat dignus

dignus et Sufficiens habendi et recipiendi Licentiam prac=
ticandi in villa parisiensi et in Suburbiis, et istud erat
in prejudicium et gravamen dicte facultatis ac Contra
Statuta Libertates Consuetudines in ipsa facultate ap=
probatas, quare requirebat eundem magistrum Johannem
halequin, Si Sciret hoc Sefecisse revoquaret ex nunc
prout extunc quia hoc poterat Scire esse contra jura=
mentum et injungebat Sibi Sub omni pena et de Requesta
et injuctione petebat ame publico notario dictus vices
gerens decani Sibi fieri publicum instrumentum quibus
requisitioni et injuctioni respondit predictus magister
Johannes halequin reverendi magistri Sciatis pro certo
quod contra facultatem vestram medicine nihil vellem
facere nec procurare fieri verum est quod tamen ille
andreas presentavit michi quamdam Cedullam ut sibi
eam Sigillarem Sed nescio quid continebatur in ea et
tantum modo vidi principium dicte cedule et post ea
Signavi Si tamen vobis videtur quod in hac deliqui
quia totam cedulam non legi Sed in aliis dictis nec factis
recolo me contra dictam facultatem in aliquo errasse quod
Si et in adolescentia feci ex nunc pro ut ex tunc revoco
et Suppono me Correctioni facultatis predicte et ab ista
responsione et Revocatione nec non Suppositione petiit
iterum dictus magister Johannes ipse nomine decani
et loco facultatis Supra dicte Sibi fieri publicum ins=
trumentum. acta fuerunt hec loco die pontificatu supra
dictis presentibus viris venerabilibus et discretis Magis=
tro hermano Lombardo magistro petro de florentia ma=
gistro Johanne de Dya magistro Reginaldo de forne=
maco magistro Remigio de mariniaco, magistro Stephano

de

de Calvomonte, magistro petro de alvernia, magistro yvone Britone, magistro Johanne de Couciaco et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis.

Et Ego Garinus de pruvino Clericus Senonensis diocesis publicus autoritate apostolica nottarius in super scriptis petitionibus et suppositionibus ac responsionibus dum ita fierent una cum testibus prenominatis presens interfui et super hiis istud publicum instrumentum scribi feci et in formam publicam redegi, signo que meo consueto signavi requisitus et rogatus in testimonium veritatis.

Exemplaire de la Requete presentée par la faculté aux Prevost des marchands et Eschevins de la ville de Paris pour obtenir des lettres en cour de Rome contre le Chancellier dans la cause des Licentiés

A leurs chiers Seigneurs et amis le Prevost des marchands esquevins et tout le commun de Paris Suplient humblement les Doien et tous les maîtres de la faculté de medecine de Paris que comme autrefois vous eust pleu escrire au saint Pere que il vousist confermer une coustume de la maniere de licentier en la ditte faculté de medecine laquelle est juste raisonnable prescripte et pour le commun proufit et bien iapert quar autrement le Roy ne leust pas confermée ne mis son decret que il vous plaise de rechief escrire au St. Pere que la ditte coustume il veulle confermer en la maniere que le Roy la confermée: Item comme le Chancellier de leglise de Paris la ditte coustume vuille destruire et adnichiler et nous pour le commun proufit de tout le Royaume la deffendons et Entendons a deffendre selon notre povoir que il vous plaise suplier a leveque de Paris aqui les[d]. a la cause commise que il vuille connoistre sommairement

et

et deplain deladitte cause en gardant et Soutenant Ledroit
des Phisiciens et laditte Coustume quar elle est mout rai=
sonnable et juste et touche vous et le commun forment
Item Sil vous Semble que ce Soit bon et expedient que
vous Suplie au Roy que il vous vuille confremer Laditte
coustume en la maniere quil la confermée as Phisiciens
comme aussi Soit que elle vous touche plus en partie que
nous quar laditte Coustume ne tent a autre fin for Seule=
ment que les Soufisans en laditte faculté aient auctorité
de Gouverner les cors humains et vous Savez que nus ni
peut etre trop parfait pour le tres grand peril qui est en
ouvrer es corps humains devant dis . . . .

Mandatum Episcopi parisiensis quo revocat
jus ferendæ Sententiæ datum Stephano de Novilla
ac dicto dicitur Petro de Capite Stagno et procu=
ratori facultatis die Sabbathi ante festum
Cathedræ S.ti Petri 1331.

Hugo permissione divina parisiensis Episcopus Judex
delegatus in hac parte a domino Papa datus omnibus
tabellionibus publicis presbiteris curatis Capellanis Be=
dellis universitatis parisiensis Ceteris que Ecclesiarum rec=
toribus ad quem Seu quos hoc nostrum presens mandatum
imo Verius apostolicum pervenerit Salutem in domino et
mandatis apostolicis firmiter obedire vobis omnibus et
Vestrum Cuilibet in Virtute Sancte obediente mandamus
districte precipiendo mandamus quatenus alter Vestrum
ad hoc presens mandatum exequendum alterum non
expectando Citetis peremptorie coram nobis autoritate apos=
tolica Supra dicta ad diem mercurii instantem apud

domum

domum habitationis nostre in Claustro beate Marie parisiensia hora prime precise magistrum petrum de Capite Stagno fisicum procuratorem in Causa suspicionum ad nos ex parte officialis nostri parisiensis judice Subdelegato anobis jnterdictam partem auctoritate apostolica Supra dicta dati remissi et adicto magistro contra ipsum officialem nostrum predictum alias propositarum et in Scriptis et eidem procuratori nomine procuratorio predicto dicte facultatis et pro ipsa secundum Statum et merita Causarum Suspicionum antedictarum quod justum fuerit responsurum non obstante Subdelegatione anobis alias facta in Causa mota jnter partes easdem Sub quacumque forma verborum viro venerabili et discreto magistro Stephano denovilla Succentori Ecclesie parisiensis doctori que in decretis parisius quam subdelegationem cum Suis Sequelis et dependenciis universis tenore presentium revocamus et ex causa mandatum nostrum presens Secundum formam et tenorem ejusdem Contra dictum magistrum ad domicilium quo moratur Seu morari consuevit Si eum presentem non juveneritis in vicinia Sua Seu in publico Sermone Si ipsum alias apprehendere nequiveritis Executioni debite demandetis ipsius absentia nonobstante in Signum vero hujus modi mandati executi litteras presentes reddite Sigillatas Seu alias nobis rescribatis quid depremissis legitime feceritis datum Sub Sigillo nostro die Sabbathi ante festum Cathedre Sancti Petri anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo.

Mandatum espiscopi Parisiensis pro dicenda die Coram Se Cancellario Et facultati die veneris post festum Sancti dionisii 1331.

Hugo permissione divina parisiensia Episcopus judex unicus

adv=

adomino Papa datus omnibus presbiteris, curatis Capellanis et ceteris Ecclesiarum rectoribus et personis Ecclesiasticis, ac Tabellionibus publicis ad quos presens mandatum fuerit presentatum Salutem indomino et mandatis apostolicis fir=miter obedire, Litteras Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia pape xxij. noveritis nos reverenter Recepisse que sic incipiunt. Johannes episcopus Servus Servorum dei venerabili fratri. Episcopo parisiensi Salutem et apostolicam benedictionem petitio dilectorum filiorum . . . decani magistrorum regen=tium et non regentium et Scolarium facultatis medicine parisiensis &c.a et sic terminantur judata. datum avinioni x Kal julii pontificatus nostri anno quinto decimo autorita=te et virtute quarum in virtute Sancte obedientie et Sub penis Suspensionis et Excommunicationis quas in vos omnes et Singulos ferimus Si in hiis que vobis manda=mus Exequendum negligentes fueritis aut Remissi vobis et vestrum Cuilibet districte precipimus et mandamus quatenus alter vestrum ad hoc mandatum exequendum alterum non expectans Citetis peremptorie Coram nobis in domo habitationis nostre in Claustro parisiensi ad diem Sabbatti post instans festum Beati luce evangeliste hora prime ipsius diei precise venerabilem et discretum virum magistrum guillelmum de narbona cancellarium Ecclesie nostre parisiensis procuratori facultatis medi=cine parisiensis nomine ipsius facultatis et pro ipsa in causa provocationem Seu appellationum alias ex parte dicte facultatis contra dictum Cancellarium ad Sedem apostolicam interjectarum quod justum fuerit responsu=rum et Secundum Seriem dictarum Litterarum apostoli=carum processurum cum intimatione in talibus fieri Consu=eta presens autem mandatum nostrum imoverius apostoli=

=cum

cum taliter exequentes quod de negligentia seu inobedientia redargui non possitis aut puniri sed potius de diligentia commendari, et quid inde per vos seu vestrum alterum factum fuerit nobis fideliter certifficare nullo tenus obmittetis, Datum parisius sub nostro sigillo anno domini millesimo tricentesimo tricesimo primo die veneris post festum sancti dionisii. Scellé sur simple queüe de parchemin en cire jaune et a u sceau ordinaire de Hugues de Bezancon lors Eveque.

Instrumentum dictæ diei Cancellario et facultati Coram Episcopo parisiensi 12. octobris 1331.

Acta coram nobis hugone dei gratia parisiensi episcopo judice unico a domino Papa in hac parte specialiter delegato anno domini 1331. die martis post hiemale festum beati martini duo decima die mensis octobris indictione quinta decima pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divinæ providentia Pape xxij. anno sexto decimo hora prime ipsius diei martis in domo habitationis nostre in claustro parisiensi assignate per plures continuationes a nobis ex officio nostro tam propter festa quam aliter sub spe pacis per nos factas peremptorie coram nobis procuratori facultatis medicine parisiensis actori nomine procuratorio ipsius facultatis et pro ipsa, contra venerabilem et discretum virum magistrum Guillelmum de narbona cancellarium Ecclesie parisiensis appellatum ad respondendum ex parte ipsius Cancellarii in scriptis vel alias competenter petitione dicti procuratoris alias in scriptis edite contra

dictum

dictum Cancellarium, nec non et ad tradendum in Scriptis ex parte ejusdem Cancellarii petitionem Suam Si aliquod tradere vellet coram nobis Contra predictam facultatem Et ad procedendum Super hiis ulterius ut jus esset ad quas etiam diem et horam de mandato nostro auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte citati erant peremptorie coram nobis Venerabiles et discreti viri magistri Reginaldus de Cornemara Normandus, Johannes Pipe, Radulphus Pincton, Philipus de Curia Petrus de alvernia, Stephanus de Calidomonte, Stephanus de nogento, aimo de filgeriis, Johannes de dia, mainfredus de mediolano, gratianus de Brixia Jacobus de Cantarana, et Petrus de fontanis, Phisici parisienses et quilibet eorum dicto Cancellario responsuri et alias facturi quod justicia Sua deceat quibus loco die et hora guidone fabri tam dicte facultatis quam predictorum magistrorum citatorum omnium et Singulorum excepto dicto magistro Reginaldo de Cornemara nec non Guillelmo Brunelli ipsius magistri Reginaldi procuratoribus clericis per litteras procuratorias Sigillo curie nostre parisiensis Sigillatas ut prima facie apparebat instructis nominibus procuratoriis facultatis et magistrorum predictorum et pro ipsis Ex una parte et dicto cancellario personaliter pro Se et ex alia, in judicio Coram nobis comparentibus astantibus ibi coram nobis aliquibus de dictis magistris citatis videlicet magistris Stephano de Nogento, et Radulpho Pincton qui protestati fuerunt quod propter eorum presentiam procuratorum ipsorum quo quo modo ab ipsis et eorum quolibet Seu dicte facultatis aut ipsorum propriis nominibus vel aliis Constitutorum Seu eorum alterum non intendebant Nec intendunt tunc vel alias in aliquo Revocare nisi hoc expresse dicerent ut dicebant dicto cancellario in Contrarium et quod etiam procuratores Suos Seu eorum alterum, quo

quo

quomodo non intendebat revocare nec non de dicendo improcuratorio et procuratores predictos et de habendo Contumaciam de illa die contra dictos citatos seu contra illos de quibus competens procuratorium seu potestas minime appareret, dictis procuratoribus in Contrarium nominibus procuratoriis predictis protestatibus hinc et inde coram nobis. petiit dictus procurator dicte facultatis nomine ipsius facultatis et pro ipsa quod ex parte dicti Cancellarii petitioni dicte facultatis alias edite in Scriptis contra dictum Cancellarium responderetur Competenter Coram nobis ut assignatio diei preteriti postulabat et alias ulterius Super hoc procederetur ut jus esset ad quod ex parte dicti cancellarii Exhibentis quamdam petitionem in Scriptis, tam contra dictam facultatem ipsam reconveniendo, quam contra prenominatos magistros eos conveniendo Redactam que sic incipit. Coram vobis reverendo in Cristo patre et domino domino parisiensi . . Episcopo judice in hac parte unico a domino Papa dato tam Reconveniendo quam per viam conventionis et alias via Supplicationis meliori modo jure et forma quibus potest proponit in jure, Guillelmus Bernardi alias dictus de narbonna Cancellarius parisiensis Suo et predicte Sue Cancellarie nominibus contra procuratorem facultatis medicine parisiensis nec non contra dictam facultatem in Super contra magistros reginaldum &c.a et sic finit quam quidem viam Summarie exnunc elegit idem actor protestans que propter aliqua que proponet aut tradat non intendit dicte vie summarie renunciare aut recedere ab eadem fuit responsum quod paratus erat dicta petitioni dicte facultatis alias exhibite respondere dum tamen tam a dicta facultate quam a dictis magistris dicte sue petitioni quam initi Ex-

Jubebat

tibebat, Simili modo Responderetur dicendo dictam responsionem, tunc inde in Simul debere fieri et dictam petitionem eodem passu debere ambulare altercato autem Super hiis inter pprios nos ex officio nostro diem martis in quindenam diei hodierne predicte videlicet diem martis post instans festum Sancti Clementis nisi fuerit feriata aliogiun &c. dictis partibus assignavimus peremptorie in domo habitationis nostre predicte in dicto claustro coram nobis ad Respondendum dictis petitionibus Vicissim tunc et inde coram nobis et ad procedendum ulterius ut jus erit dictis procuratoribus nominibus procuratoriis predictis, respondentibus quod et Sic nisi ex parte tam dicte facultatis quam dictorum citatorum aliquod efficax jlla die assignata proponetur contra dictam petitionem dicti Cancellarii quare minime respondere teneretur protestationibus etiam nominibus procuratoriis quibus Supra quod tempora fatalia non currant contra pprios nominibus antedictis dicto Cancellario in Contrarium per omnia protestante acta Sunt hec anno indictione mense die loco et pontificatu predictis presentibus ad hec venerabilibus et discretis viris magistris Stephano dicto Lamirault preposito Ecclesie de Bethunia Stephano dicto Cherri canonico Laudunensi Johanne de Sabaudia, Johanne de aurelianis auctoritate apostolica Tabellionibus publicis et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis in cujus rei Testimonium sigillum nostrum vna cum Signo et Subscriptione notarii publici infra Scripti presentibus duximus apponendum

cet acte n'est point Signé.

Instrumentum Litis pro facultate Contra Cancellarium 1331.

In jure Coram vobis reverendo in Cristo patre et domino domino parisiensi Episcopo. Judice vnico a domino Papa dato dicit et proponit procurator facultatis medicine parisiensis nomine ipsius facultatis et pro ipsa Contra venerabilem virum magistrum Guillelmum de narbona Cancellarium ecclesie parisiensis appellatum reum quod licet a Tempore cujus contrarii memoria hominum non existit fuerit parisius Consuetum et Conservatum et ita debeat et consuevit observari in facultate medicine parisiensi quod licentiati in artium facultate dictam facultatem medicine triginta quatuor et non licentiati triginta sex mensibus in parisiensi Studio teneantur audire prius quam ad Legendum Cursus Suos in dicta facultate medicine admittantur et ex tunc tenentur Seu possunt Cursus Suos Sive libros Legere quorum librorum duo debent esse commentati et duo non Commentati et unus eorum de practica esse debet, et debent in dicto Studio si in dicta facultate artium licentiati existant quinquaginta Sex, et Si non licentiati Sexaginta mensibus in facultate medicine prefata audiendo et Legendo persistere antequam ad examen et magisterii licentiam admittantur Item et licet fuerit a dicto tempore parisius Consuetum et observatum in dicta facultate quod cum Cursus predicti in Studio predicto per fecerint debent tunc examinari per magistros regentes in eadem medicine facultate cuilibet magistrorum de vna questione Solempni respondendo et postea debent per decanum dicte facultatis et totam facultatem predictam predicto Cancellario ecclesie parisiensis qui est pro tempore

tempore presentari. Cui Cancellario predictus decanus
predicte facultatis medicine nomina Bachalariorum Li=
centiandorum et magistrorum sub quibus iidem studentes
licentiari proponunt tradere tenetur atque debet predictus
que cancellarius a predictis magistris et eorum quolibet
debet inquirere secrete de ipsorum licentiandorum sci=
entia moribus atque vita et sufficientes per ipsorum
magistrorum testimonia repertos licentiare et minus
sufficientes repellere et eis licentiam denegare debet et
secundum privilegia concessa universitati parisiensi
cujus dicta facultas medicine existit unum membrum
Item et quod licet a dicto tempore in dicta facultate
parisiensi fuerit consuetum et etiam observatum quod
Examen presentatio et dictorum magistrorum depositio
predictos Baccalarios licentiandos in facultate predic=
ta medicine non habent nec consueverunt nisi de biennio
in biennium celebrari dicto que tempore premissa sic
fieri sit consuetum et sic fuerit ab antiquissimis tem=
poribus observatum nichilominus non obstantibus
premissis consuetudinibus privilegiis et observantiis anno
domini millesimo Tricentesimo tricesimo predictus Ma=
gister Guillelmus de Narbona tunc et nunc Cancellari=
us predicte Ecclesie parisiensis qui predicta privilegia
consuetudines et observantias juravit observare pro
suo libito voluntatis contra expressas consuetudines ob=
servantias in privilegia memoratas Guidonem de Na=
varia alias de Rodes de quo non constabat facultati
predicte nec constare poterat quod in eadem facultate
audivisset et legisset ut tenebatur et prefertur et qui per
magistros facultatis ejusdem examinatus non fuerat nec dicto
Cancellario per sepe dictam medicine facultatem presentatus

ac

ac etiam tempore et anno ad talia facienda si fieri possent
per dictum Reum non licitis non congruis et non consuetis
seu etiam minime expectatis ad practicandum in medicine
predicta facultate admisit ipsum que in pratica dicte facul=
tatis licentiavit contra suum juramentum et contra jura
temere veniendo licet ex consuetudine et observantiis predic=
tis ac privilegio sedis apostolice speciali dicte facultati
medicine concesso nullus debeat parisius practicare nisi
magistratus vel licentiatus existat vel nisi per Episcopum
parisiensem qui est pro tempore cum consilio decani facul=
tatis et dominorum magistrorum actu parisius regentium
in facultate medicine fuerit ad predictum officium practi=
candum approbatus Item dicit et proponit dictus procura=
tor nomine dicte facultatis et pro ipsa contra dictum Cancel=
larium reum quod cum ipse alfonsum de portugalia qui non
debite legerat nec etiam debite audiverat nec examinatus
fuerat seu presentatus per magistros seu facultatem
predictam cancellario memorato et qui ad perjurii reatum
ab eorum consortio repulsus fuerat et rejectus licentiare ex=
ptaret et vellet minus juste in facultate predicta medicine
contra privilegia consuetudines et observantias supra dictas
licet nomine sepedicte facultatis dicto Cancellario fuissent
predicta privilegia observantie et consuetudines ac predicta
vicia dicti alphonsi et insufficientia ejusdem debito intimata
et eadem verisimiliter ignorare non posset intente predicto
Cancellario aliquos de predicte facultatis medicine magistris
deponere de scientia vita et moribus predicti alfonsi cum
in veritate non possent nec tenerentur deponere super
ipsis maxime cum non esset annus in quo sit consuetum
licentias dare in dicta facultate et cum in studio parisien=
si non audivisset nec legisset nec per dictos magistros exa=
minatus fuisset et idem alfonsus ut debebat secundum

pri=

privilegia consuetudines et observantias predictas ac etiam
propter rectum et vitium dicti alphonsi dicto Cancellario
dum predicti magistri nomine memorati facultatis
medicine sibi premissa intimarent eidem respondente
quod consuetudines predictas reputabat Corruptelas et
quod ipsas frangeret; et annullaret et quod digni et
indigni consueverunt per dictam facultatem medicine
sibi eidem presentari pro licentia obtinenda, et quod predictum
alfonsum reputabat ydoneum et quod pro ipso sibi scrip=
serat rex portugalie et quod anno ultimo preterito ipse
Cancellarius septem Baccalarios ob Reverentiam ejus
dem facultatis licentiavit in medicina indignos qui fuerunt
eidem per dictam facultatem presentati licet ipsos po=
tuisset de rigore removisse propter premissa et ne in preju=
dicium ipsius facultatis suorum que privilegiorum
consuetudinum et observantiarum antiquarum predicta=
rum que sunt etiam in favorem totius rei publice et
fuerunt instituti seu introducte et etiam observate dictum
alphonsum de facto licentiaret in predicta facultate pre=
dicti decanus et magistri nomine suo, et predicte faculta=
tis contra prefatum magistrum Guillelmum Cancellari=
um ac contra predictum alphonsum a predictis gravami=
nibus sibi per dictum cancellarium comminatis et
illatis et eorum quolibet et ne in posterum amplius per
dictum Cancellarium gravarentur de facto et maxime
ne ad dictam licentiam dicti alphonsi de facto procederet
cum de jure non posset in hac parte Canonice et in scrip=
tis ad Sanctam Sedem apostolicam cujus vos estis judex
delegatus provocarunt et etiam appellarunt per procu=
ratorem ydoneum nomine dicte facultatis et pro ipsa
ac apostolos petierunt sibi dari a dicto Cancellario infra

tempus juris et prout sibi licuit tam de jure quam de consuetudine approbata qua provocatione seu appellatione eidem legitime intimata non obstante et ea spreta vel neglecta per dictum Cancellarium, predictus Cancellarius contra privilegia consuetudines et observantias supra dictas usum que, et possessionem vel quasi dicte facultatis impreminis de facto solum modo cum de jure non posset licentiavit dictum alphonsum in dicte facultatis et dictorum appellantium magnum scandalum prejudicium et gravamen ab ipso que reo Guido et alfonsus predicti licentiam de facto et indebite receperunt propter que ex parte predictorum decani et magistrorum nomine ipsarum et facultatis predicte iterato nedum semel sed pluries ad dictam Sanctam Sedem suis primis provocationibus et appellationibus adherendo contra dictos Cancellarium guidonem et alfonsum extitit in scriptis canonice provocatum et etiam appellatum et apostole debite petiti et sunt premina vera notoria et manifesta et pro notoriis paribus reputantur, ea que sciunt predicti appellati et confessi fuerunt coram bonis esse vera premina que tenet et tenuit, ab antiquo prioris communis assertio cleri et populi quare petit procurator predictus modis omnibus melioribus quibus potest et debet nomine facultatis predicte per vos pater reverende autoritate vobis commissa pronuntiari bene rite et juste fuisse et esse ex parte facultatis predicte medicine provocatum et appellatum et male per dictum Cancellarium fuisse processum predictam que facultatem medicine fuisse et esse de facto per dictum Cancellarium gravatam predictum que cancellarium per vos Compelli

ad

ad observandum privilegia consuetudines et observantias ante dictas et quod factum est contra ipsas revocari omnia que attemplata sunt et contra predictas provocationes et appellationes in prejudicium predicte facultatis et ipsorum pritari Cassari et annullari in quantum de facto processerunt Et predictum Reum in expensis ob hec factis et faciendis quas ex nunc in judicio deducit predictus procurator Sibi condempnari petit que nomine quo Supra per vos Super omnibus premissis Sibi justiciam fieri et Canonice provideri protestans de probando de premissis ea Solum que Sibi Sufficiunt de lidem ad obtinendum in totum vel in partem juris beneficio in omnibus Sibi Salvo addendi, Corrigendi detrahendi mutandi et Si necesse fuerit plenius declarandi officium vestrum implorando in omnibus in quibus fuerit implorandum protestans in Super nomine procuratorio predicto de expensis Suis ab ipsis nomine quo Supra loco tempore reffundi et quod per premissa non intendit quia vos in causa presenti Summarie et de plano Sine Strepitu judicii et figura procedatis Secundum traditam a Sede apostolica vobis formam petens et Supplicans quatenus vos in negotio hujusmodi modo premisso procedatis datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo die post festum Santi Luce Evangeliste

Et plus bas est écrit

Collatio facta est de libello ad libellum per me J. de Villenoublain Et per me J. Dionisii

19. 8.bre 1331.

Acta Coram nobis H. miseratione divina parisiensi Episcopo Judice unico a Sancta Sede apostolica in hac

parte

parte Specialiter delegato. anno domini Millesimo trecen=
tesimo tricesimo primo, indictione quinta decima nona die
mensis octobris videlicet die Sabbathi post festum Sancti
luce Evangeliste hora prime ipsius diei in domo habitati=
onis nostre in claustro parisiensi pontificatus Sanctissimi
in Cristo patris et domini nostri domini Johannis divina
providentia Pape XXII.[di] anno Sexto decimo. ad quos locum
diem et horam citatus erat auctoritate apostolica nobis in
hac parte commissa peremptorie coram nobis venerabilis
et discretus vir magister Guillelmus de narbona Cancella=
rius Ecclesie parisiensis procuratori facultatis medicine
parisiensis in causis provocationis et appellationis ex
parte dicte facultatis contra dictum Cancellarium ad dictam
Sedem predictam interjectarum responsurum et et litis
processurum Secundum tenorem rescripti apostolici nobis
Super hoc directi ut jus erat quibus loco die et hora coram
nobis Comparentibus guidone fabri clerico procuratore
et procuratorio nomine dicte facultatis et pro ipsa ex
una parte et dicto cancellario Ecclesie parisiensi perso=
naliter pro se ipso ex alia protestanti Etiam quod propter
Sui presentiam non intendebat procuratores alias ab ipso
Sub quacumque forma Constitutos vel eorum aliquem
in aliquo revocare nec non Comparentibus etiam ibi
personaliter quam pluribus magistris in dicta medicine
facultate qui omnes et Singuli in Super protestati
fuerunt quod licet Solum modo ad associandum et
Concomitandum dictum procuratorem dicte facultatis
ibidem existentem nec facultatem ipsam quo-quomodo
facere intendebant Seu Representare quod propter
eorum presentiam, congregationem seu facultatem a
nullo modo faciebant nec dictum procuratorem et ...

alios

alios quoscumque procuratores dicte facultatis sub
quibus cumque verborum formis per ipsos aut eorum
aliquem vel aliquos seu potestatem ei vel eis datam
Revocare nulla tenus intendebam seu volebam tunc
vel alias nisi hoc expresse dicerem dicto Cancellario in
omnibus et per omnia in Contrarium protestante quibus
sic tunc inde protestatis deinum exhibitis coram nobis
in judicio per dictum procuratorem quo supra nomine
litteris apostolicis autoritate et virtute quarum sumus
inter ipsas partes judex delegatus intra parte et ipsis
cum Reverentia debita receptis nec non Citatorio per
quod dictus Cancellarius erat citatus ut superius =
continetur et procuratorio procuratoris ante dicti
inspectis visis et per notarium publicum infra scrip=
tum publice per lectis petiit dictus Cancellarius Copi=
am sibi fieri premissorum excepta bulla predicta qu=
am se habere per originale asserebat quam copiam
petitam sibi fieri ejus expensis duximus Concedendum
postmodum vero recitatis verbo tenus in judicio coram
nobis ex parte dicte facultatis et quam plurima ex
parte ipsius procuratoris vocatis gravaminibus ut
dicebat a dicto cancellario dicte facultati Comminatis
et illatis protestatus fuit sepedictus procurator nomi=
ne procuratorio predicto quod licet ibidem petitionem
ederet seu traderet in scriptis ob hoc non intendebat
nec volebat excedere metas rescripti apostolici pre=
dicti nec alias procedere quam secundum ipsius
rescripti seriem formam et tenorem videlicet summarie
de plano sine strepitu et figura judicii prout in Rescripto
apostolico dicebat contineri sub et mediantibus quibus

pro=

protestationibus exhibuit idem procurator nomine procuratorio predicto quemdam petitionem in Scriptis que Sic incipit injure coram vobis reverende in cristo patre et domino domino parisiensi Episcopo judice vestro et domino papa dato dicit et proponit procurator facultatis medicine parisiensis nomine ipsius facultatis et pro ipsa contra venerabilem virum magistrum Guillelmum de narbona cancellarium ecclesie parisiensis appellatum reum quod licet a Tempore cujus contrarii &c.ª Et Sic Terminatur judata datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo die Sabbatti post festum Sancti luce Evangeliste. nobis Supplicando quatenus in dicta causa procederetur Summarie et de plano prout Supra cujus petitionis copiam petendi dictus cancellarius voluit et consensit voluntarie et expresse quod in dicta causa summarius et plenius quod fieri poterit Sine Strepitu et figura judicii et Supplicitor procedatur nos benigniter in judicem quo ad hoc acceptando Sponte Sua bona fide et expresse quibus omnibus et Singulis Sic tunc jude dictis et factis coram nobis nos dicto Cancellario dicte petitionis copiam fieri et ipsis partibus hoc petentibus protestationes predictas omnes et Singulos tunc jude factas pro repetitis haberi in qualibet parte litis presentis concedentes eisdem partibus diem Sabbatti in quindenam diei hodierni predicte nisi fuerit feriata alioquin &c.ª assignavimus peremptorie in dicta domo habitationis nostre in dicto Claustro coram nobis ad Respondendum ex parte dicti Cancellarii

ju

in Scriptis vel aliàs competenter petitioni predicte et ad procedendum ulterius judicialiter causis secundum seriem et tenorem Litterarum apostolicarum predictarum et ad tradendum in scriptis ex parte ejusdem cancellarii petitionem suam si aliquid tradere vel petere voluerit contra facultatem predictam acta sunt hec anno indictione mense die hora loco et pontificatu predictis presentibus et astantibus ad hec venerande discretionis viris dominis et magistris vitali de Pregnaco. Cantore ecclesie nostre parisiensis Johanne de pradella archidiacono Brie in eadem ecclesia parisiensi, guillelmo de Marsam Stephano dicto chevri canonicis ecclesie Laudunensis, hugone de moreyo commissario nostro in causis testamentariis civitatis et diocesis parisiensis et quam pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis inquorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum una cum signo et subscriptione notarii publici infra scripti per quem fieri mandavimus hoc presens publicum instrumentum hiis presentibus duximus apponendum.

Instrumentum obiti vadimonii pro facultate coram Episcopo parisiensi die 4. novembris 1331.

In nomine domini amen per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem domini millesimo Trecentesimo tricesimo primo die lune post festum omnium Sanctorum quarta die mensis novembris Inditione decima quinta pontificatus

Sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape xxij. anno Sexto decimo Coram Reverendo in Cristo patre et domino domino hugone dei gratia parisiensi . Episcopo judice vino a domino papa in hac parte Specialiter ut dicitur delegato in mei notarii publici et testium Subscriptorum presentia personaliter comparentibus Guidone fabri clerico procuratore ut dicebat facultatis medicine parisiensis nomine procuratorio ipsius facultatis et pro ipsa ex una parte et Venerande discretionis viro magistro guillelmo de narbona Cancellario ecclesie parisiensis pro se ipso ex alia parte assignavit Seu Continuavit dictis partibus dictus reverendus pater tanquam judex ut Supra coram Se in domo Sue habitationis in claustro parisiensi dictam diem, ad diem lune proxime Sequentem nisi fuerit feria alioquin &c. ad id agendum quod inter dictas partes dicta die lune expectata Seu continuata a die Sabbathi precedenti propter festa agi debuisset Seu debebat in Causa provocationis Seu appellationis que verti Speratur coram ipso ut judice prout ut Supra inter partes easdem quam assignationem Seu Continuationem dicti procurator et Cancellarius nominibus quibus Supra voluntarie acceptarunt . . acta fuerunt hec in dicta domo habitationis dicti domini . Episcopi in claustro predicto anno indictione mense die et pontificatu predictis presentibus venerabilibus et discretis viris dominis et magistris, Guillelmo de Chanaco archidiacono parisiensi Johanne de flamartio Sigillifero ipsius archidiaconi Stephano dicto Chevri Canonico Laudunensi, Petro de Cerellis Phisico et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis:

Expleta bar en lerie

Et Ego Johannes Magni dictus de villes coublain de Parisius Clericus auctoritatibus apostolica et Imperiali

Tabellio

Tabellio publicus et curie parisiensis notarius juratus assignationi seu continuationi et acceptationi predictis anno indictione mense die loco pontificatu et cum testibus prius scriptis presens fui ea fidelitor publicando propria manu hic redegi signo que meo et subscriptione hujus roborari requisitus et Rogatus.

Exemplar Mandati Episcopi parisiensis predicta die Cancellario et facultati die Sabbathi post octavas Sanctorum. 1331.

Datum per copiam sub sigillo domini Parisiensis . . Episcopi judicis unici in hac parte a domino Papa dicti. Hugo permissione divina parisiensis Episcopus judex seu commissarius a sede apostolica deputatus super questione seu discordia que vertitur inter venerabiles et discretos viros magistrum Guillelmum (Bernardi) de narbona Cancellarium parisiensem ex una parte et decanum magistrorum regentium et non regentium et scolarium facultatis medicine parisiensis ex altera prout in litteris apostolicis super hoc confectis plenius continetur universis archipresbiteris decanis presbiteris Capellanis ecclesiarum rectoribus ac tabellionibus publicis in nostris parisiensi civitate et diocesi constitutis ad quos presentes pervenerunt salutem in domino et mandatis nostris immo verius apostolicis obedire firmiter vobis et vestrum cuilibet qui super hoc Requisitus extiterit auctoritate apostolica nobis in hac parte ut predicitur commissa precipimus et mandamus quatenus citetis peremptorie coram nobis ex parte nostra magistros Reginaldum de Cormemare normandum Johannem pipe, Radulphum

dulphum Pinchon Philippum de furia Petrum de alvernia Stephanum de Calidomonte Stephanum de nogento aymonem de fulgeriis, Johannem de Dya mainfredum de mediolano gratianum de Brixia, Jacobum de Cantarana et Petrum de fontanis Phisicos parisienses et quemlibet eorum ut ipsi et eorum quilibet instanti die martis hora prime Compareant Coram nobis responsuri eidem domino Cancellario et alias facturi quod justitia sua debit in Signum autem executionis hujus mandati nostri vos qui illud exequimini Sigillum vestrum potius executioni hujus presentibus apponatis datum parisius anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo die Sabbathi post octavas omnium Sanctorum

ainsi Signé devilles Coublain

Instrumentum obiti a facultate vadimonii 26. Nov.^{ris} 1331.

In nomine domini amen per hoc presens publicum instrumentum Cunctis pateat evidentor quod anno ejusdem millesimo Trecentesimo tricesimo vicesima Sexta die novembris indictione quinta decima pontificatus Sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII.^{di} anno Sexto decimo Coram Reverendo in cristo patre et domino domino H (hugo de Bezancon) die gratia parisiensi Episcopo judice unico a domino Papa predicto in hac parte Specialitor delegato in mei notarii publici et testium Subscriptorum presencia personalitor comparentibus magistris hamone de filegeriis phisico, Tam suo proprio quam facultatis medicine parisiensis nec non magistrorum Reginaldi

de

de Cornamara, Johannis prope Radulphi Pinchon Philippi de furia petri de alvernia Stephani de Calidomonte, et Stephani de Nogento, Johannis de Ydya Mainfredi de mediolano, gratiani de Brixia, Jacobi de Cantarana, et petri de fontania prenicorum nominibus ex pro ipsis facultate conveniendo et magistris in causa reconvenientio=nali ut dicebat pro quibus cavit ad penam viginti so=lidorum parisiensium de rato et per fidem ita quod qui=dem procuratorio relevetur a pena ex una parte et venerabili discretionis viro magistro guillelmo de narbona Cancellario Ecclesie parisiensis pro se ipso ex alia parte dictus reverendus pater dominus Episcopus Tanquam judex ut superius continetur assignavit seu continuavit ex officio suo dictis partibus coram ipso in domo sue habitationis in claustro parisiensi predictam diem ad diem martis proxime sequentem hora prime Ecclesie parisiensis precise nisi fuerit feriata pa. ad id agendum quod die superius declarata agi debuisset coram ipso judice ut superius inter partes predictas in causa que inter eas coram se auctoritate apostolica verti sperantur quam assignationem seu continuationem dicti que ma=gistri tamo nominibus quibus supra et cancellarius vo=luntarie acceptarunt acta fuerunt hec in dicta domo habi=tationis dicti domini Episcopi in predicto claustro anno indictione mense die et pontificatu predictis presentibus venerabilibus et discretis viris dominis et magistris Raymondo Durandi doctore in Theologia Stephano admirabilis preposito Bettunie petro ancelini juris perito et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis.

Et Ego Johannes Magni dictus de villes Coublain de

parisius

parisius clericus apostolica et imperiali autoritate notarius publicus et curie parisiensis juratus premissis omnibus et singulis dum sic agerentur presens fui ea fideliter publicando in hanc publicam formam redegi signo que meo et subscriptione presenti roboravi.

Instrumentum dictæ dici Cancellario et facultati Coram Episcopo parisiensi pro lite Componenda die 3.a Decembris 1331.

Acta Coram nobis . . hugone dei gratia parisiensi Episcopo judice vnico a domino Papa in hac parte specialiter delegato anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo die tertia mensis decembris videlicet die martis post festum sancti andree apostolici indictione quinta decima pontificatus Sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII. anno Sexto decimo asserentibus per plures continuationes perempte Coram nobis procuratori facultatis medicine nomine procuratoris ipsius facultatis et pro ipsa actoris Contra venerabilem et discretum virum magistrum guillelmum de narbona Cancellarium ecclesie parisiensis reum ex vna parte nec non eidem Cancellario actori contradictam facultatem ipsam Reconveniendo et magistros reginaldum de Cornemara normannum Johannem pipe Radulphum Pinchon, Philippum de Cibria, petrum de alvernia Stephanum de Calidomonte, Stephanum de nogento, hamone de fulgeriis Johannem de Dia mainfredum de mediolano, gratianum de Brixia, Jacobum de Cantarana, et Petrum de fontanis Phisicos ipsos Conveniendo reos ex alia parte ad Respondendum hinc inde petitionibus ipsarum

ipsarum partium Coram nobis sine jude alias traditis jus=
criptis et ad procedendum Super tiis ulterius ut jus esset
dicta die Guidone fabri clerico procuratori tam dicte facul=
tatis quam magistrorum prenominatorum nomine procura=
toris ipsorum facultatis et magistrorum et pro ipsis ex una
parte et dicto Cancellario personaliter ex alia prose jus
domo habitationis nostre in Claustro parisiensi in judicio
Coram nobis Comparentibus astanti ibi predicto magistro
hamone protestante quod propter Sui presentiam non
intendebat procuratores Suos in aliquo revocare asserenti
dictus procurator dicte facultatis et pro ipsa omnia et
Singula in petitione ejusdem facultatis predicta contenta
et narrata esse vera Super quibus ex parte dicti cancellarii
respondendo fuit tradita coram nobis in judicio quedam
cedula formam que Sequitur continens in hec verba et
protestatione premissa ex parte magistri Guillelmi de
narbona Cancellarii parisiensis quod non est intentionis
ipsius in aliquo litem contestari Super libello Coram vobis
Reverendo in Cristo patre et domino domino parisiensi Epis=
copo judice unico a domino papa dato per procuratorem
facultatis medicine parisiensis nec non per predictam
facultatem in Super et per magistros Reginaldum de
Cornemara Normannum Johannem pipe, Radulphum
Pinchon Philippum de furia, Petrum de Alvernia Ste=
phanum de nogento Stephanum de calidomonte aymonem
de fulgeriis Johannem de Dia, manfredum de mediolano:
gratianum de Brixia, Jacobum de cantarana et Petrum
de fontanis Phisicos parisienses edito in quantum deviat
a tenore dicti responsi protestatur etiam de ineptitudine
et insufficientia dicti libelli et de Suis peremptis factis
Contrariis et aliis Suis deffensionibus juris et facti loco

et

et tempore proponendi et quod non est intentionis ipsius litem contestari super dicto libello nisi inquantum de jure procedat quas protestationes idem magister Guillelmus seu ejus procurator in subsequentibus vult in quolibet casu et sue presentis litis articulo pro repetitis haberi sub quibus cumque protestationibus conitetur idem reus seu ejus procurator de contentis in dicta petitione vos reverendum predictum autoritate apostolica judicem in hac parte ut ex tenore rescripti apostolici vobis directi plenius apparet cetera autem contenta in dicto libello eo modo quo proponuntur et ad finem ad quem tendunt et in quantum de jure sunt admissibilia possuntque adaptari dicto rescripto et sub tenore ipsius comprehendi et non aliter litem contestando negat idem magister Guillelmus seu ejus procurator vera esse dicens petita fieri non debere sub protestationibus quibus supra, quam cedulam tradendo asserint idem cancellarius contenta in dicta sua petitione alias edita prout supra esse vera ad quod fuit ex parte dicti procuratoris procuratorio nomine dictorum facultatis et magistrorum et pro ipsis responsum in scriptis per quamdam cedulam pergameno scriptam per ipsum procuratorem coram nobis exhibitam et ad finem contentum in eadem cedula ut dicebat cujus cedule tenor talis est protestationibus factis ex parte procuratoris facultatis medicine parisiensis nec non magistrorum Reginaldi de Fornemare, Johannis Pipe, Radulphi Pinchon Philippi de Curia, Petri de Alvernia Stephani de Calvomonte, Stephani de Nogento, Aymonis de Filgeriis, Johannis de Dya, Mainfredi de Mediolano Gratiani de Briccia, Jacobi de Cantarana

et

et Petri de fontanis in medicina magistrorum contra
venerabilem virum magistrum Guillelmum Bernardi
alias de narbona Cancellarium parisiensem eo modo
quo agere et Reconvenire nititur contra predictam fa=
cultatem nec non et contra magistros predictos Coram
vobis reverendo in cristo patre et domino domino parisi=
ensi Episcopo de non Consentiendo in vos tanquam in suum
judicem super contentis in petitione sive supplicatione
dicti cancellarii edita Coram vobis nisi quatenus de
jure et secundum formam et tenorem rescripti vobis
directi et secundum tenorem dicte petitionis viso modo
proponendi contra predictam facultatem et magistros
predictos de jure astringuntur et quod si aliqua verba
dixerit in subsequentibus dictus procurator que litis con=
testationem sapiant seu sapere videantur quod propter
hoc litem super contentis in petitione seu supplicatione
ante dicta non intendit contestari nisi dicat expresse
quod litem contestatur quas protestationes dictus pro=
curator dicte facultatis et dictorum magistrorum vult
in qualibet parte dicendorum pro repetitis haberi sub
quibus protestationibus et ipsis Repetitis dictus pro=
curator nomine procuratorio dicte facultatis et dictorum
magistrorum dicit et proponit quod viso tenore dicte
petitionis seu supplicationis eo modo quo agere niti=
tur dictus cancellarius non tenentur cum eodem proce=
dere predicti magistri super dicta petitione nec eidem
respondere quoniam viso tenore dicte petitionis agere
nititur contra predictos magistros per viam Reconveni=
entionis et alias per viam supplicationis seu contra ma=
gistros predictos et personas singulares eorum in dicta

petitione

petitione nominatos non peragere dictus Cancellarius per viam Reconventionis tunc quia in causa appellationis cessat reconventio indistincte tunc quod ipsi singulariter non agunt contra ipsum Cancellarium sed facultas medicine ex gravaminibus facultati illatis per ipsum Cancellarium veniendo contra statuta libertates et observantias ipsius facultatis agunt contra ipsum Cancellarium seu procuratoris facultatis nomine ejusdem prout ex tenore dicte petitionis apparet manifeste quare &c.ª Item per viam supplicationis eo modo quo agere nititur contra predictos magistros in sua supplicatione singulariter nominatos non potest agere predictus Cancellarius viso tenore rescripti vobis directi pater reverende quum rescripta apostolica stricti juris sancte et sanctissime in suis terminis tenenda et servanda nec habent seu possunt ad non specificata in eisdem ampliari vel extendi sed revera predictus Cancellarius per modum supplicationis et aliter agere nititur contra ipsos actione injuriarum ratione injuriarum et plurium aliorum criminum per eosdem magistros ut asserit comminorum contra eum ac etiam criminaliter cum ipsi supplicat ipsos pronunciari infamiam juris et facti ac perjurium incurisse et ipsos esse perjurios et infames et alias puniri per jisdem criminibus sed viso tenore dicti Rescripti ad dictam actionem injuriarum que est odiosa et ad vindictam competit non potest seu dictum rescriptum extendere cum de injuriis nulla sit expresse facta mentio in eodem maxime ad finem ad quem agit dictus Cancellarius quare &c.ª preterea supposito sine prejudicio quod premissa non obstarent a quibus tamen non recedit dictus procurator ad hoc dicit et proponit quod dicte petitioni seu supplicationi eo modo quo est formata

formata est ad finem ad quod tendit non tenentur respondere nec facultas nec magistri predicti nec sunt adhuc per vos compellendi nec est dicta petitio seu supplicatio ut est proposita admittenda quia viso tenore ejusdem dictus Cancellarius in eadem agere nititur civilitor et criminalitor contra ipsos civilitor supplicando ipsos mulctari et condempnari eidem in pecuniarum summis in eadem nominatis et criminalitor supplicando ipsos pronunciari perjurium et infamiam juris et facti incurrisse et ipsos ut perjuros et infames et aliter per vos puniri pro criminibus predictis sed civilitor et criminalitor in eadem petitione seu supplicatione ratione ejusdem facti delicti seu eorumdem insimul contra ipsos agi non potest supposito sine prejudicio quo ad hec deberet admitti quod absit immo oportet ipsum Cancellarium de duobus primis intentare videlicet civile judicium vel criminale et non insimul commiscere quod facere nititur dictus Cancellarius contra jura quia &c.ª Preterea supposito sine prejudicio quod premissa non obstarent et quibus non recedit dictus procurator sed petit super ipsis ante omnia per se interloqui et in eventu illo inquo dictus Cancellarius foret admittendus eo modo quo agere nititur quod absit adhuc dicit et proponit dictus procurator nominibus quibus supra quod dicte petitioni seu supplicationi eo modo quo agere nititur seu petitionem suam formavit dictus Cancellarius non tenetur respondere nec dum sui predicti nec est compellendus procedere cum eodem nec admittendus dictus Cancellarius cum se non inscripserit ad penam Tallionis si deficiet in probando nec etiam specificat locum nec tempus in libello suo et alia de jure necessaria ad que facienda de jure tenetur quia &c.ª preterea in eventu illo inquo

diceretis et pronunciaretis esse ejus Supplicationi respondendum quod ab his jure primo reddito Super preminis adhuc dicit dictus procurator predicte facultatis et predictorum magistrorum quod non Tenetur dictis petitionibus respondere nec cum dicto domino Cancellario procedere nisi primitus et ante omnia prestita Cautione ydonea ab eodem de lite hujus modi prosequenda et de Refundendo expensis Si Succumbat in eadem prout jura volunt quam Cautionem prestare tenetur tam de jure quam de rom et consuetudine curie vestre parisiensis et aliarum Curiarum Ecclesiasticarum tam ordinariarum quam aliarum Extraordinariarum quia &c. Ex his et aliis rationibus quas Suppleat vestra reverenda paternitas et discretio dicit dictus procurator nomine procuratorio loquo primo et ad fines quos prosequitur nomine quo Supra et dominis Suis meliores rationes a vobis admitti petit et per se jnterloqui Statui que et decerni ulterius quod jus erit donique dominum Cancellarium Seu jn Expensis ob hec factis condempnari officium vestrum jmplorando jn his quibus de jure fuerit jmplorandum offerens Se probaturum de preminis jn facto consistentibus ea Solum que Sibi Sufficiem de eisdem petens Se ad hoc admitti protestans de aliis Suis rationibus loco et tempore proponendi et de declarandi preminus Suas rationes et de eisdem Si opus fuerit addendo et Si nominibus quibus Supra videbitur expedire datum anno domini millesimo Trecentesimo tricesimo primo die martis post festum S.^ti Andree apostolis dicens Contenta in eadem cedula Sua fieri debere. quod cum videret dictus Cancellarius protestatus fuit quod ex quo ex parte dictorum facultatis et magis=

=trorum

trorum dicte Sue petitioni responsum non dabatur litem contestando predicta Cedula ipsius Cancellarii et responsio per ipsam Suam Cedulam facta pro non facta et dicta habeantur et quod ipse non intendebat Nec intendit Super petitione dicte facultatis in aliquo Contestari nisi Simili modo Sue petitionis per dictos facultatem et magistros litem contestando respondeatur cum eodem passu debeant ut dicebat ambulare et predicto procuratore in contrarium et quod ipsa tempora non currant contra ipsum nomine procuratorio predicto protestante in cujus procuratoris protestationum contrarium dictus Cancellarius et quod ipse etiam non intendebat procuratores Suos propter Sui presentiam in aliquo revocare protestatus fuit coram nobis altercato autem diu jure ipsas partes nominibus quibus Supra Super cedulis predictis nos volentes experiripientes dictas cedulas copiari copiam que cedule dicti cancellarii dicto procuratori et copiam dicte cedule dicti procuratoris eidem Cancellario tradi dictis partibus diem Jovis in Crastino instantis festi Circumsisionis domini hora prime ipsius diei parere nisi fuerit feria &ca. in domo habitationis nostre in claustro predicti asserit peremptorie ad procedendum Super premissis in dictis causis tunc et inde ulterius prout de jure fuerit faciendum et dictam diem etiam quantum longuam ex dicto proposito eisdem asserit ex officio nostro Subspe pacis inter eos Si Sibi placuit faciende quam assignationem ipsi procurator et cancellarius nominibus quibus Supra voluntarie acceperunt et hodie ad instanciam et requestam dicti procuratoris predicto Cancellario et econverso eidem procuratori et In-

personis

personis dictorum dominorum suorum auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte inhibemus sub pena condicta ne una pars ipsarum contra alteram pendentibus hujusmodi causis coram nobis aliquid attemptet innovet vel immutet in nostre juridictione dictarum que causarum contemptum prejudicium vel gravamen cui inhibitioni verbotenus paruerunt acta sunt hec anno indictione mense die loco et pontificatus predictis presentibus venerabilibus et discretis viris . . . .

Sententia prohibitoria Episcopi Parisiensis qua cautum Cancellario ad aliud forum provocare die 3.a Decembris 1331.

Acta coram nobis hugone dei gratia parisiensi Episcopo judice unico a domino Papa in hac parte specialiter delegato anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo tertia die mensis decembris videlicet die martis post festum sancti andree apostoli indictione quinta decima pontificatus sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII. anno sexto decimo anerimi(?) por plures continuationes perempte coram nobis procuratori facultatis medicine parisiensis nomine procuratorio ipsius facultatis et pro ipsa actori contra venerabilem et discretum virum magistrum guillelmum de narbona cancellarium ecclesie parisiensis reum ex una parte nec non eidem cancellario actori contra dictam facultatem ipsam reconveniendo et contra magistros reginaldum de cornemara normannum Johannem pipe, Radulphum Pinchon Philippum de Curia petrum de Alvernia Stephanum de calidomonte Stephanum de nogento hamonem de filigeriis, Johannem de Dya mainfredum de mediolano gratianum de Brixia Jacob=
=um

um de Cantarana Et Petrum de fontanis Et huiusmodi ipsos convenientes ex alia parte ad respondendum et hinc inde petitionibus ipsarum partium coram nobis hinc inde aliis traditis inscriptis et ad procedendum super hiis ulterius ut jus esset dicta die guidone fabri clerico procuratore tam dicte facultatis quam magistrorum prenominatorum nomine procuratorio ipsorum facultatis et magistrorum et pro ipsis ex una parte et dicto cancellario personaliter prosequente ex alia in domo habitationis nostre in claustro parisiensi in judicio coram nobis comparentibus astante ibi predicto magistro simone protestante quod propter sui presentiam non intendebat procuratores suos in aliquo revocare asserens dictus procurator dicte facultatis nomine ipsius facultatis et pro ipsa omnia et singula in petitione ejusdem, facultatis predicta contenta et narrata esse vera Super quibus ex parte dicti Cancellarii respondendo fuit tradita coram nobis in judicio quedam cedula formam que sequitur continens in hec verba protestatione premissa ex parte magistri guillelmi de narbona cancellarii parisiensis quod non est intentionis ipsius in aliquo litem contestari super contentis in libello coram nobis Reverendo in cristo patre et domino domino parisiensi Episcopo judice in hac parte unico a domino papa dato per procuratorem facultatis medicine parisiensis nec non et per dictam facultatem in super et per magistros Reginaldum de cornemare Normannum Johannem Pipe Radulphum Pincton Philippum de furia, petrum de alvernia Stephanum de calidomonte Stephanum de nogento aymonem de fulgeriis; Johannem de Dya; mainfredum de mediolano, gratianum de Brixia,

Jacobum

Jacobum de Cantarana et Petrum de Fontana Phisicos parisienses edito in quantum deviavit a Tenore dicti Rescripti. protestatur Etiam de ineptitudine et insufficientia dicti libelli et de Suis peremptoriis factis contrariis et aliis Suis deffensionibus juris et facti loco et Tempore proponendis et quod non est intentionis ipsius litem contestari Super dicto libello nisi inquantum de jure procedat quas protestationes Idem magister Guillelmus Seu ejus procurator in Subsequentibus vult in quolibet causae Seu litis presentis articulo pro repetitis haberi Sub quibus Cumque protestationibus confitetur idem reus Seu ejus procurator de contentis in dicta procuratione vos reverendum patrem predictum autoritate apostolica judicem in hac parte prout ex tenore rescripti apostolici vobis directi plenius apparet, Cetera autem contenta in dicto libello eo modo quo proponuntur et ad finem ad quem tendunt et in quantum de jure Sunt admissibilia possunt que adaptari dicto Rescripto et Sub tenore ipsius comprehendi et non alias litem contestando negat idem magister Guillelmus Seu Ejus procurator vera esse dicens petita fieri non debere Sub protestationibus quibus Supra quam cedulam tradendo asseruit idem Cancellarius contenta in dicta Sua petitione alias edita prout Supra esse vera ad quod fuit ex parte dicti procuratoris procuratorio nomine dictorum facultatis, et magistrorum et pro ipsis responsum in Scriptis per quamdam Cedulam pergameno Scriptam per ipsum procuratorem Coram nobis exhibitam et ad finem contentum in eadem Cedula ut dicebat cujus cedulae tenor talis est &c. protestationibus factis ex parte procuratoris facultatis medi=

=cine

cine parisiensis nec non magistrorum reginaldi de Corne=
mare Johannis Pipe, Radulphi Pincton, Philippi de Coria,
Petri de alvernia, Stephani de Calvomonte, Stephani
de nogento, aymonis de filigeriis, Johannis de Dya,
Mainfredi de mediolano, Gratiani de Brixia, Jacobi de
Cantaruna et Petri de fontanis in medicina magistrorum
contra venerabilem virum magistrum Guillelmum
Bernardi alias de narbona Cancellarium parisiensem
eo modo quo agere et Reconvenire nititur contra predic=
tam facultatem nec non et contra predictos magistros
coram vobis reverendo in cristo patre et domino domino
parisiensi Episcopo de non consentiendo in vos tanquam
in suum judicem super contentis in petitione seu Sup=
plicatione dicti Cancellarii edita coram vobis nisi
quatenus de jure et secundum formam et tenorem
rescripti vobis directi ac secundum tenorem dicte peti=
tionis viso modo proponendi contra dictam facultatem
et magistros predictos de jure astringuntur et quod si
aliqua verba dixerit in subsequentibus dictus procurator
que litis contestationem sapiant seu sapere videantur
quod propter hanc litem super contentis in petitione
seu supplicatione ante dicta non intendit contestari
nisi dicat expresse quod litem contestetur quas protes=
tationes dictus procurator dicte facultatis et dictorum
magistrorum vult in qualibet parte dicendorum pro
repetitis haberi sub quibus protestationibus et ipsis
Repetitis dictus procurator nomine procuratorio dicte
facultatis et dictorum magistrorum dicit et proponit
quod viso tenore dicte petitionis seu supplicationis eo
modo quo agere nititur dictus Cancellarius non tenentur

cum

Cum eodem procedere predicti magistri super dicta petitione
nec eidem Respondere qu'um viso tenore dicte petitionis
agere nititur contra dictos magistros per modum recon=
venientionis et alias per viam Supplicationis; Sed contra
magistros predictos et personas Singulares eorum In
dicta petitione nominatos non potest agere predictus Cancel=
larius per modum reconvenientionis tum quia in Causa
appellationis cessat reconvenientio juditiale tum quia
ipsi Singularitor non agunt contra ipsum cancellarium
Sed facultas medicine ex gravaminibus dicte facultati
illatis per ipsum Cancellarium veniendo contra Statuta
libertates et observantias ipsius facultatis agit contra
ipsum Cancellarium Seu procurator facultatis nomine
ejusdem prout ex tenore dicte petitionis apparet mani=
feste quare &c. Item per viam Supplicationis eo modo
quo agere nititur contra predictos magistros in sua Sup=
plicatione Singularitor nominatos non potest agere pre=
dictus Cancellarius viso tenore rescripti apostolici vobis
directi pater Reverende qu'um Rescripta apostolica stric=
ti juris sunt et Strictissime in suis terminis tenenda et
Servanda nec habent Seu possunt ad non Specificata in
eisdem ampliari vel extendi; Sed revera predictus can=
cellarius per modum Supplicationis et alias agere nititur
contra ipsos actione injuriarum et plurium aliorum Cri=
minum per eosdem magistros ut asserit commissorum
contra eum ac etiam Criminalitor eum ipse supplicet
ipsos pronuntiari infamiam juris et facti ac perjurium
Incurisse et ipsos ut perjuros et infames et alias pu=
niri pro eisdem Criminibus Sed viso tenore dicti rescrip=
ti ad dictam actionem injuriarum que est odiosa et ad
vindictam Competit non potest Se dictum Rescriptum ex=
tendere Cum de injuriis nulla sit expressa facta mentio

pre

In eodem; maxime ad finem ad quem dictus cancellarius quare &c.ª preterea supposito sine prejudicio quod premissa non obstarent a quibus tamen non recedit dictus procurator adhuc dicit et proponit quod dicte petitioni seu supplicationi eo modo quo est formata et ad finem ad quos tendit non tenentur respondere nec facultas nec magistri predicti nec sunt adhec per vos compellendi nec est dicta petitio seu supplicatio ut est proposita admittenda quum visa tenore ejusdem dictus cancellarius in eadem agere nititur civiliter et criminaliter contra ipsos civiliter supplicando ipsos mulctari et condempnari eidem in pertinentiarum in eadem nominatis et criminaliter supplicando ipsos pronuntiari perjurium et infamiam juris et facti incurrisse et ipsos ut perjuros et infames et alias per vos puniri pro criminibus predictis sed civiliter et criminaliter in eadem petitione seu supplicatione ratione ejusdem facti delicti seu eorumdem pariter contra ipsos agi non potest supposito sine prejudicio quod ad hoc deberet admitti quod absit immo opportet ipsum cancellarium alterum de duobus prima intentare videlicet civile judicium vel criminale et non pariter commiscere quod facere nititur dictus cancellarius contra jura quare &c.ª preterea supposito sine prejudicio quod premissa non obstarent a quibus non recedit predictus procurator sed petit super ipsis ante omnia per se interloqui et in eventu illo in quo dictus cancellarius foret admittendus eo modo quo agere nititur, quod absit, adhuc dicit et proponit dictus procurator nominibus quibus supra quod dicte petitioni seu supplicationi eo modo quo agere nititur

seu

seu petitiones suas formavit dictus cancellarius non tenetur respondere nec domini sui predicti nec eum compellendus procedere cum eodem nec admittendus dictus cancellarius cum se non inscripsit ad penam tallionis si defecerit in probando nec etiam specificat locum nec tempus in libello suo et alia de jure necessaria ad que facienda de jure tenetur quare &ca. preterea in eventu illo in quo diceritis et pronuntiaretis esse ejus supplicationi respondendum quod absit jure prius reddito super premissis adhuc dicit dictus procurator predicte facultatis et predictorum magistrorum quod non tenetur dictis petitionibus respondere nec cum dicto domino cancellario procedere nisi primitus et ante omnia prefata cautione ydonea ab eodem de lite hujus modi prosequenda et de refundendo expensas si succumbat in eadem prout jura volunt quam cautionem prestare tenetur tam de jure quam de usu et consuetudine curie vestre parisiensis et aliarum curiarum ecclesiasticarum tam ordinariarum quam aliarum extraordinariarum quare &ca. hiis et aliis rationibus quas suppleat vestra reverenda paternitas et discretio dicit dictus procurator nomine procuratorio ea que prius et ad fines quos potest sibi nomine quo supra et dominis suis meliores rationes istas admitti a vobis petit et per se interloqui statui que et decerni ulterius quod jus erit dictum que dominum cancellarium sibi in expensis ob hoc factis condempnari officium vestrum implorando in hiis quibus de jure fuerit implorandum

offerens

offerens Seprobaturum de premiinis in facto consistenti=
bus ea Solum que Sibi Sufficiens de eisdem petens Se
ad hoc admitti protestans de aliis Suis Rationibus
loco et Tempore proponendis et de declarando premissas
Suas rationes et de eisdem Si opus fuerit addendo Si
Sibi nominibus quibus Supra videbitur expedire da=
tum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo pri=
mo die martis post festum Sancti andree apostoli
dicens contenta in eadem cedula Sua fieri debere quod
cum videret dictus cancellarius protestatus fuit quod
ex quo ex parte dictorum facultatis et magistrorum
dicte Sue petitioni responsum non dabatur litem
contestando predicta cedula ipsius cancellarii et
responsio per ipsam Suam cedulam facta pro non
factis et dictis habeantur et quod ipse non intendebat
nec intendit Super petitionem dicte facultatis in aliquo
contestari nisi Simili modo Sue petitioni per dictos
facultatem et magistros litem contestando respondeatur
cum eodem passu debeant ut dicebat ambulare et pre=
dicto procuratore in contrarium et quod tempora fatalia
non currant contra ipsum nomine procuratorio pre=
dicto protestante in cujus procuratoris protestationem
contrarium dictus cancellarius et quod ipse etiam
non intendebat procuratorem Suos propter Sui pre=
sentiam in aliquo revocare protestatus fuit coram
nobis altercato autem diu inter ipsas partes nomini=
bus quibus Supra Super cedulis predictis nos volentes
et precipientes dictas cedulas copiari copiam que cedu=
le dicti cancellarii dicto procuratori et copiam dicte

cedule

Cedule dicti procuratoris eidem Cancellario tradi dictis partibus diem Jovis in Crastino instantis festi circoncisionis domini hora prime ipsius diei precise nisi fuerit feriata &c. in domo habitationis nostre in claustro predictis asserit peremptie coram nobis ad procedendum super premissis in dictis causis sine et jude ulterius prout de jure fuerit faciendum et dictam diem etiam ista longam ex certo proposite eisdem asserti ex officio nostro sub spe pacis inter eos si sibi placuit faciende quam assignationem ipsi procurator et cancellarius nominibus quibus supra voluntarie acceptarunt et hodie ad instanciam et Requestam dicti procuratoris predicti Cancellarii et econverso eidem procuratori nominibus et in presentia dictorum dominorum suorum auctoritate apostolica qua fungimur inhac parte inhibiamus sub pena Canonica ne una pars ipsarum contra alteram petitionem super causis coram nobis aliquid attemptet innovet vel immutet in nostre et juridictionis dictarum que causarum contemptum prejudicium vel gravamen cui inhibitioni verbo tenus paruerunt acta sunt hec anno indictione mense die loco et pontificatu predictis presentibus venerabilibus et discretis viris dominis et magistris Raymondo Durandi doctore in Theologia Johanne de Grayaco parisiensis, Guillelmo de Morsanto Laudunensis ecclesiarum Canonicis et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis in cujus rei Testimonium sigillum nostrum una cum signo et subscriptione notarii publici infra scripti huic presentibus duximus apponendum.

Mandatum Officialis Parisiensis quo dies dicitur Petro de Capite Stagno, et alphonso de Hispania ac doctoribus facultatis: ut Coram se Sistant judicio: Die Lune post festum Epiphanie 1331.

Officialis Parisiensis Judex Subdelegatus a Reverendo in Cristo patre, et domino domino parisiensi Episcopo in hac parte Specialiter deputatus per Suas patentes litteras nobis Super hoc directas quas vobis per latorem presentium precipimus extiberi omnibus presbiteris prioribus Capellanis Vicariis firmariis notariis Tabellionibus ac bedellis universitatis parisiensis ad quos presens mandatum pervenerit Salutem Indomino auctoritate apostolica nobis inhac parte Subdelegata vobis omnibus et Singulis in virtute Sancte obedientie et Subpena Suspensionis et Excommunicationis quas in vos et vestrum quemlibet feremus nisi feceritis quod mandamus districte percipiendo mandamus qualenus alter vestrum alterum non expectet citetis peremptorie coram nobis in curia parisiensi ad diem jovis instantem hora prime precise petrum de Capite Stagno magistrum et alphonsum de Hyspania bacalarium infacultate medicine parisiensi si ipsos presentes inveneritis alioquin ad domicilia inquibus morari Consueverunt Seu in Scolis et Sermonibus publicis parisiensibus Inquibus magistri et Scolares Congregari consueverunt ad procedendum in causa appellationis ex parte decani magistrorum regentium et non regentium et Scolarium Studentium parisius in facultate medicine ac universorum

ma=

magistrorum in dicta facultate studentium contra ipsos petrum et alphonsum ab audientia magistrorum petri de novavilla olim Rectoris universitatis parisiensis germani Celati in Theologia Guillelmi de faleona in decretis magistrorum Pauli de narbona Johannis maleti et Thome anglici de universitate predicta clericorum commissariorum quondam ab eadem universitate deputatorum ac dictam Sedem interposita, Et cum decano et magistris super dicta causa seu eorum procuratore respondendum ut fuerit juris et Rationis citantes nichilominus peremptorie ad dictam diem primo et horam coram nobis magistros petrum de novavilla Germanum Guillelmum et Paulum Johannem et Thomam deputatos predictos ad procedendum in dicta causa prout fuerit rationis si sua crediderint interesse cum intimatione in talibus consueta inhibimus nichilominus ex parte nostra predictis citatis et eorum cuilibet sub pena canonica et quingentarum librarum parisiensium nobis et parti medice si contra fecerint solvendo ne quis ipsorum contra predictos decanum et magistros pendente causa appellationis hujus modi aliquid attemptent innovent vel immutent seu si faciant vel procurent in dicte sedis nostre juridictione et dictorum appellantium prejudicium contemptum vel gravamen et de hiis que super premissis feceritis vos qui presens mandatum Exequimini nos certificare cinctis competenter datum die lune post festum Epiphanie domini anno ejusdem millesimo Trecentesimo Tricesimo primo

G. de Calvomonte

Surledor. Decretum seu ordinatio facultatis

ad

ad inveniendum modos et vias secundum quos posset resistere Cancellario.

Le mardi après l'epiphanie 1331.

Sciant omnes magistri tam Regentes quam non Regentes quod die martis post festum Epiphanie domini in domo magistri reginaldi de Cornemare quantum ad presens substituti loco decani in facultate medicine fuerunt presentes magistri Johannes Pipe, Petrus de Alvernia Stephanus de Nogento Stephanus de Calvomonte Radulphus Pinchon specialiter deputati a facultate medicine in quadam congregatione in qua fuerunt vocati tam Regentes quam non Regentes ut moris est per cedulam ad ordinandum et ad inveniendum omnes modos et omnes vias secundum quos facultas predicta posset Resistere debito modo contra gravamina quam plurima illata ipsi facultati a cancellario parisiensi et quod istud non potest fieri sine pecunia ideo omnibus diligenter consideratis visum fuit predictis magistris pro magna expedientia quod quilibet magister tam Regens quam non regens solveret dimidiam bursam fideliter et secundum suam conscientiam infra tres dies per juramentum et sub omni pena et istud alias fuerat deliberatum et quod ista pecunia prout vel nichil erit pro tempore futuro durante controversia secundo ordinaverunt predicti magistri quod quilibet mense quilibet magister regens et non Regens solveret duos solidos donec controversia

cancellarii

cancellarii sic finita est si esset aliquis magister qui vellet conqueri de paupertate solvat duo decim denarios et ad istam pecuniam colligendam sunt deputati magistri Stephanus de nogento magister Johannes de Conciaco magister Robertus de freullavilla et ad finem quod nulla fraus possit fieri de pecunia predicta volunt magistri predicti quod ponatur in quadam pixide sigillata signeto decani et sigillo cujusdam magistri non Regentis ad finem quod non aperiatur nisi in presencia regentium et non Regentium et quilibet ponat suam pecuniam quam tradet in quadam cedula quam habebunt predicti deputati et volunt magistri quod omnes Bachalarii ad ordinationes predictas sint obligati et sub pena predicta in cujus rei testimonium signetum facultatis medicine de consensu deputatorum adicta facultate super ordinatis superius expressis duximus apponendum hec est ordinatio facultatis.

Le Seel en perdu il n'en reste que la marque de l'empreinte et plusbas en lecu —

Siquis autem magister vel Bachalarius ordinationi predicte noluerit obedire pecuniam predictam solvendo caveat a perjurio et per consequens a privatione perjurium subsequente quod quilibet juravit pro posse suo fideliter observare honorem ordinationes statuta consuetudines facultatis secundum quo cavetur in primo articulo jurato a quolibet antequam cursus suos in predicta facultate inciperet sed omnes illi jurati qui pro posse suo non Resistent cancellario in

Licentia

Licentia data Guydoni et alfoncio non observabunt predicta quia quelibet predicta Licentia habet esse contra honorem ordinationes Statuta et consuetudines ordinationes reinstere cancellario jurati in predicta facultate non possunt sine pecunia ergo quilibet juratus tenetur solvere pecuniam nisi velit incurrere perjurium et quia non potest inveniri a deputatis melior modus inveniendi pecuniam quam predictus sequitur necessario quod quilibet obediat ordinationi predictæ

Et encore plus bas est écrit

Vero Statutum est in predicta facultate et est valde antiquum et juratum a quolibet quod omnes tenentur juvare magistros scilicet regentes ad puniendum rebelles inhibitis et honestis magistri petrus de Capite Stagno in procurando Licentiam magistri alfuncii et predictus alfuncius in ipsam recipiendo fuerunt rebelles ergo istud procuraverunt contra inhibitionem ordinationem &c. Sed magistri Regentes non possunt juvari a non Regentibus nec a Bacalariis nisi mediante pecunia que omnes in hoc necessario tenentur in isto casu specialiter omnia honera et labores sustineam et hos quamquam et in pluribus sint pauperes velint eodem modo solvere sicut non regentes quia et ... et potentes

Il y a vne Empreinte de Seel perdu

Mandatum hugonis Episcopi parisiensis quo litis Cognitorem et judicem Statuit officialem parisiensem

Die Jovis post festum Epiphanie 1331.

Hugo permissione divina parisiensis Episcopus Judex

unicus a Sede apostolica jnhac parte deputatus dilecto officiali nostro parisiensi Salutem in domino magnis et arduis nostris et Ecclesie nostre negotiis occupati Jta quod Circa Cognitionem litis Seu controversie que vertitur jnter venerabiles dominos decanum magistrorum regentium et non Regentium et Scolarium Studentium parisius in facultate medicine ac universos magistros jndicta facultate Studentes ex una parte et petrum de Capite Stangno magistrum et alphonsum de yspania Bachalarium jnpredicte facultate medicine nec non magistros petrum de scoravilla olim Rectorem universitatis parisiensis Germanum celati in Theologia Guillelmum de falcossa jndecretis magistros Paulum de narbona Johannem maleti et Thomam anglici de universitate predicta clericos olim ab eadem universitate commissarios deputatos Super quadam appellationis causa ex parte dictorum decani et magistrorum ab audientia dictorum deputatorum contra predictos petrum et alfonsum ad dictam Sedem jnterposita commode vacare nequimus vobis de cujus peritia et fidelitate confidimus auctoritate apostolica nobis jnhac parte commissa Super premissis omnibus Committimus vices nostras donec eas ad nos Duxerimus revocandas datum parisius anno domini millesimo tricentesimo trigesimo primo die Jovis post festum Epiphanie Ejusdem.

Ce mandement est Scellé Sur Simple queüe de cire Jaune representant un Prelat en pied avec les habits pontificaux et la crose et la mitre

Decretum facultatis; Die 20.ª Januarii 1331.

Jn nomine domini amen per hoc publicum jnstrumentum

tum Cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem domini millesimo trecentesimo trigesimo primo M°. CCC°XXXI. indictione quinta decima pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac domini domini Johannis Divina providentia pape vicesimi Secundi mensis januarii die vicesima dum discretus vir magister Reginaldus de Cornamara decanus facultatis medicine fuisset vocari bachalarios presentandos per dictum decanum et alios magistros dicte facultatis domino Cancellario parisiensi pro licentia in dicta facultate a dicto Cancellario recipienda Secundum depositionis dictorum magistrorum per Sua juramenta Super Scientia moribus et vita dictorum Bachalariorum ut moris ad prestanda juramenta qua debent facere bachalarii antequam presentatur in presencia dictorum magistrorum ad hoc Specialiter per cedulam ut asserebat Philipus de Sayaco bidellus dicte facultatis ex mandata prefati decani vocatorum et in domo dicti decani congregatorum fecisset et dicta juramenta prout in quodam Libro dicte facultatis Continentur legi coram dictis magistris et Bachalariis et retutinent hac verba domini Bachalarii ego nomine facultatis nostre feci vos vocari quia per dei gratiam ego et magistri intendimus vos presentare domino cancellario parisiensi pro vestris licentiis a domino Cancellario per depositionem magistrorum ut consuetum est recipiendis secundum Statuta et consuetudines hactenus inter vos approbatos et quia antequam Sitis presentati debetis jurare illa que audivistis ideo Circo plarius magistris

nostris

nostris quod vos juretis placet etiam eis quod vos juretis quod domino cancellario ullum novum juramentum aliud non consuetum in vestros licentias recipiendo facietis jurabitis etiam quod privilegia statuta consuetudines ordinationes dicte facultatis servabitis et defendetis sicut et alias juravistis cum voluistis legere cursus vestros nec contra dicta statuta et consuetudines dicte facultatis vestras licentias recipietis et sciatis quod si contingeret vos vel aliquem vestrum quod absit facere vel venire contra dicta juramenta magistri ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc reputari eos perjuros et privatos secundum tenorem cujusdam statuti nostri et tunc legis dictus decanus illud statutum cujus statuti tenor talis est Item quicumque bachalarius recipiet licentiam contra statuta facultatis et consuetudines vel eis magister qui hoc procuraret ipso facto est privatus in sempiternum societate magistrorum et omni actu scolastico predicte facultatis quibus sic dictis et propositis quesivit dictus decanus a dictis bachalariis utrum vellent illa jurare qui responderunt quod sic et juraverunt quilibet prose in mei notarii publici presencia omnia supra dicta firmiter et inviolabiliter observare et de omnibus hiis petiit a me notario publico prefatus decanus sibi tam suo quam dicte facultatis nominibus publicum fieri instrumentum; acta fuerunt hec anno indictione mense loco die supra dictis nomina vero bachalariorum sunt hi qui in predicta congre-

=gatione

gatione fuerunt et predicta juramenta prestiterunt Jo= hannes de villa nova, Johannes Lauperia, adam de francovilla franciscus lumbardus leo de garina homo dei, Reuerus de lesenaa, Guillelmus de Gandaro, Johannes de Longo, Johannes Camus, hugo de vigniaco, Petrus de puteo, Petrus de venera, Johannes magistri, nicolaus de valle, Ranul= phus de tolos, Guillelmus de Escoucheio, andreas Clerici, Johannes de Allmania, et Johannes de Jama

Et Ego Garinus de pruvino clericus Senonensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius omnibus hiis et Singulis Supra Scriptis dum Sic fierent et habentur una cum magistris predicta Congregatione Existentibus et bachellariis Superius nominatis presens interfui et propter hoc me hic propria manu instrumentum Sub= Scripsi Signum que meum apponi requisitus et Rogatus in testimonium premissorum rasuram intus vocabulis prefatus decanus approbo et confirmo et Etiam interline= are in Subscriptione mea in hoc vocabulo apostolica).

Mandatum Episcopi Parisiensis quo Coram Se jubetur Sisti Petrus de Capite Stagno; Die mercurii ante festum Purificationis 1331.

Hugo permissione divina parisiensis Episcopus Judex delegatus in hac parte a domino Papa datus omnibus Tabellionibus publicis presbiteris curatis, Capellanis Ceteris que Ecclesiarum rectoribus ad quem Seu quos hoc presens nostrum mandatum ymo verius apostoli= cum pervenerit Salutem in domino et mandatis apos= tolicis firmiter obedire vobis omnibus et vestrum Cuilibet in virtute Sancte obedientie mandamus districte precipi= endo mandamus quatenus ad hoc nostrum presens manda= =tum

tum ymo Verina apostolium devenerit exequendum alter vestrum alterum non expectans Citetis peremptorie Coram nobis autoritate apostolica Supra dicta ad domum habitationis nostre in claustro beate marie virginis parisiensis ad diem Sabbatti juxtam tem hora prime precise magistrum Petrum de Capite Stagno fisicum procuratori facultatis medicine parisiensis Super quibus dam Suspicionum Causis ab ipso magistro alias propositis contra officialem curie parisiensis judicem Subdelegatum inter partes predictas datum et nobis adicto officiali nostro judice subdelegato ante dicto remissum quod justum fuerit Responsurum processurum quod Super eisdem ulterius cum dicto procuratore prout de jure fuerit procedendum, cum jura in Talibus Connecta mandatum nostrum hujus modi ymo Verius apostolicum ad domicilium dicti magistri quo moratur Seu morari consuevit aut alias in vicinia sua Si eum aliter apprehendere nequiveritis executioni debite demandetis quid inde feceritis nobis fideliter rescribatis datum die mercurii ante festum purificationis beate marie Virginis anno domini millesimo Trecentesimo tricesimo primo.

Instrumentum Litis contra petrum de Capite Stagno Coram Episcopo parisiensi die Sabatthi ante Purificationem 1331.

Hec Sunt Rationes quas proponit et probare intendit coram vobis reverendo in cristo patre et domino domino parisiensi Episcopo judice Unico et Papa dato parisiensis facultas medicine contra magistrum Petrum de Capite Stagno magistrum in medi-

=cina

cina et quasdam suas rationes recusationis et suspi=
cionis injuste et indebite ac subterfugi causa contra
virum venerabilem et discretum dominum officialem
parisiensem vestrum subdelegatum propositas adfinem
quod vos per vos alium seu alios avobis deputandos
dictas rationes seu causas recusationis vel suspicionis
decernatis ac decernere faciatis non esse justas et ve
validas et quod ipsis non obstantibus Cognitionem
esse in statu inquo erat coram dicto domino vestro
officiali dum dicte cause seu rationes recusationis
seu suspicionis fuerunt per dictum magistrum petrum
de facto proposite remittatis et Remittere debeatis
et primo ad primam inqua dicitur quod dictus domi=
nus officialis fuit et est de consilio et auxilio dicte
facultatis medicine et ejus procuratore in causa quam
et contra ipsum magistrum Petrum &c.a Salva gratia
ipsius magistri petri et conciliatorum ipsius contra=
rium verum est imo dictus dominus officialis est talis
persona quod non vellet prebere concilium vel auxi=
lium in aliqua causa de qua Cognitio ad ipsum perti=
neat et salva Gratia proponentis dicta Ratio est
nimis generaliter et obscure vel confuse proposita
cum non declaretur inqua parte litis ipse fuit de dicte
facultatis concilio vtrum ab initio cause vel pendente
processu coram ipso et quod concilium et auxilium
in dicta causa prebuit et cum interseritur quod dicte
facultati minus est favorabilis ob preces et Contempla=
tionem magistri Stephani de Calvomonte nepotis
sui qui est actu Regens parisius qui vna cum aliis
Causam appellationis prosequitur ac quia Salva

gratia

gratia proponentis licet sit actu Regens parisius et licet sit ne prodest dicti domini officialis non est tamen causa sufficiens suspicionis vel Recusationis quia ipse non agit nec etiam causam appellationis prosequitur sed tota facultas agit et prosequitur dicta causa appellationis non sit sua sed est et pertinet facultati cum ipse non agit sed facultas quare non est causa sufficiens propter quam dictus dominus officialis possit vel debeat recusari Item dicta ratio non est admittenda ut proponitur cum non declaret in quo est sibi minus favorabilis quod de jure facere tenetur quare his et aliis rationibus quas suppleat discretio judicantis petit et dicit dictus procurator dicte facultatis dictas Rationes seu causas Recusationis vel suspicionis per dictum magistrum allegatas non debere admitti et ipsis non obstantibus Cognitionem dicte appellationis dicti domino officiali vestro commissario seu subdelegato fieri secundum statum in quo erant dum dicte cause fuerint per dictum magistrum petrum allegate dictumque magistrum petrum sibi in expensis ratione retardati processus condempnatum offerens se probaturum de premissis in quantum est sibi necessarium et quod sibi sufficiens de eisdem datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo die sabbati ante purificationem Beate marie virginis.

Causæ adversus Petrum de Capite Stagno forum Episcopi parisiensis recusantem
1.er février 1331.

In nomine domini amen, Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem millesimo Tricentesimo Tricesimo primo indictione quinta decima prima die mensis februarii videlicet die Sabbatti in vigilia festi purificationis Beate marie virginis pontificatus Sanctissimi In christo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape xxii.di anno quinto decimo coram Reverendo in christo patre et domino domino dei gratia parisiensi Episcopo judice unico ut dicitur in hac parte a Sede apostolica delegato in domo habitationis ipsius domini . . . Episcopi in claustro parisiensi in mei notarii publici et testium Subscriptorum presencia personaliter Comparentibus Et astantibus Guidone fabri clerico procuratore facultatis medicine parisiensis nomine procuratorio ipsius facultatis et pro ipsa ex una parte, et venerabili viro magistro petro de Capite Stagno magistro in medicina professo ex alia parte tradite proposite in Scriptis et exhibite in judicio Coram dicto domino, Episcopo per dictum procuratorem nomine procuratorio predicto Contra dictum magistrum Petrum fuerunt quidam rationes pergameno Scripte quarum Totus tenor inferius est Scriptus et Sequitur in hec verba &c.a hec Sunt rationes quas proponit Et probare intendit coram vobis Reve=

=rendo

rendo in Cristo patre ac domino domino parisiensi Episcopo
judice unico a domino papa Dato procurator facultatis
medicine contra magistrum petrum de Capite Stagno
magistrum in medicina et quasdam suas Rationes recu=
sationis seu suspicionis injuste et indebite ac subterfugii
causa contra venerabilem virum et discretum dominum
officialem parisiensem vestrum subdelegatum propositis
ad finem quod vos per vos alium seu alios a vobis
deputandos dictas rationes seu causas Recusationis
vel suspicionis decernatis et decernere faciatis non esse
justas nec validas et quod ipsis non obstantibus Co=
gnitionem cause in statu in quo erat coram dicto vestro
domino officiali dum dicte cause seu rationes recusationis
seu suspicionis fuerunt per dictum magistrum petrum
de facto proposite Remittatis et Remittere debeatis.
Et primo ad primam in qua dicitur quod dictus domi=
nus . . . officialis fuit et est de concilio et auxilio dicte
facultatis medicine et ejus procuratoris in causa presenti
contra ipsum magistrum petrum &c.a Salva gratia
ipsius magistri petri et conciliatorum ipsius contrari=
um verum est imo dictus dominus . . officialis est
talis persona que non vellet prebere consilium vel
auxilium in aliqua causa de qua Cognitio ad ipsum
pertineat et Salva gratia proponentis dicta Ratio
est nimis generalitor et obscure vel confuse proposita
Cum non declaretur in qua parte litis ipse fuit de dicte
facultatis concilio Utrum ab initio cause vel pen=
dente processu coram ipso et quod consilium vel
auxilium in dicta causa prebuit et cum intercessione
quod dicte facultatis nimis est favorabilis ob precem
et contemplationem Magistri Stephani de Calvomonte

nepotis

nepotis Sui qui est actu Regens parisius et qui una cum aliis causam appellationis prosequitur &c.ª Salva gratia proponentis Licet Sit actu Regens parisius et Licet Sit nepos dicti domini officialis non est tamen causa Suspicionis vel Recusationis quia ipse non agit nec dictam causam appellationis prosequitur Sed tota facultas agit et prosequitur Unde cum dicta causa appellationis non Sit Sua Sed est et pertinet facultati nec ipse agit Sed facultas quare non est causa Sufficiens propter quam dictus dominus . . officialis possit vel debeat recusari Item dicta ratio non est admittenda ut proponitur cum non declaret in quo est Sibi nimis favorabilis quod de jure facere tenetur quare &c.ª his et aliis Rationibus quas Suppleat discretio judicantis petit et dicit dictus procurator dicte facultatis dictas Rationes Seu causas recusationis vel suspicionis per dictum magistrum allegatas non debere admitti et ipsis non obstantibus Cognitionem dicte cause appellationis dicto Domino . . officiali vestro Commissario Seu Subdelegato fieri Secundum Statum quo erat dum dicte cause fuerunt per dictum magistrum petrum allegata denique magistrum petrum Sibi in expensis ratione retarditionis processus Condemnari offerens Se probaturum de premissis in quantum est Sibi necessarium eaque Sibi Sufficient de eisdem datum anno domini M.º CCC.º XXXI.º die Sabbathi ante purificationem Beate marie virginis quibus vero rationibus Sic exhibitis, et petita a dicto magistro petro Copia earumdem quam idem dominus . . Episcopus precepit eidem fieri Suis Sumptibus et Expensis dictus dominus

Episcopus Judex ut predicitur et ex officio suo ut dicebat assignavit coram se judicta domo habitationis sui In claustro dictis partibus diem Jovis inde sequentem peremptorie hora prime precise ad Respondendum ex parte dicti magistri petri Rationibus prescriptis et ad procedendum ulterius ut jus erit quibus actis protestatus fuit dictus Guido nomine procuratorio predicto quod tempora fatalia non currant contra ipsam facultatem seu ipsum nomine quo supra; quia ipse paratum se dicebat et offerebat nomine quo supra procedere de die in diem et qualibet hora dicto magistro petro in contrarium protestante acta fuerunt hec prout supra anno indictione mense die loco et pontificatu predictis presentibus venerabilibus et discretis viris dominis Stephano dicto Cherri; Guillelmo de morsanto Laudunensis ecclesie canonicis Reginaldo Burgondi notario curie parisiensis et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis:

Et plura habentur

Et ego Johannes magni dictus de Viller coublain de Parisius Clericus auctoritatibus apostolica et imperiali tabellio publicus et curie parisiensis notarius juratus premissis omnibus et singulis anno indictione mense die loco et pontificatu una cum testibus prescriptis presens fui ea fideliter publicando hic redegi propria manu subscriptione que subscripsi et signum meum consuetum apponi requisitus et Rogatus in testimonium veritatis premissorum.

a côté sous les signe, grille, et parafe du notaire.

Committimus Episcopi parisiensis quo Stephanus de Novilla decretorum doctor Judex constituitur inter facultatem et Petrum de Capite Stagno

Die Jovis post festum purificationis 1331.

Hugo permissione divina parisiensis Episcopus judex unicus a Sede Apostolica deputatus Venerabili viro nobis dilecto magistro Stephano de Novilla decretorum doctori Succentori parisiensi Salutem In domino cum nos autoritate apostolica nobis commissa quamdam appellationis causam vertentem Coram nobis inter procuratorem facultatis medicine parisiensis nomine procuratorio ipsius facultatis et pro ipsa Ex una parte et Venerabilem virum magistrum Petrum de Capite Stagno magistrum in medicina ex altera officiali nostro parisiensi Certo modo Commisissemus et ex parte dicti magistri petri aliquè Suspicionis Seu recusationis cause in dictum contra ipsum officialem allegarentur Seu allegari niterentur propter quod idem officialis noster causam recusationis Seu Suspicionis hujus nobis remisit, juxta formam juris vobis de cujus fidelitate experitia confidimus causam recusationis Seu Suspicionis predicte in Statu in quo est, et quo ad hoc vices nostras duximus committendam et Committimus per presentes donec eas ad nos duxerimus revocandas Datum Sub Sigillo nostro Parisius Anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo primo die Jovis post

post festum purificationis beate marie virginis.

Ce litre en scellé sur simple queue le seel en rompu.

Mandatum Stephani de Novilla quo dies coram se dicitur Petro de Capite Stagno, Die Sabbathi post festum purificationis 1331.

Stephanus de Novilla Sucentor Ecclesie parisiensis Subdelegatus in hac parte Reverendi in Cristo patris domini parisiensis Episcopi judicis unici a sede apostolica deputati omnibus presbiteris Curatis Capellanis ceteris que Ecclesiarum rectoribus ac notariis publicis ad quos presens mandatum pervenerit Salutem in domino et mandatis apostolicis firmiter obedire auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte in virtute Sancte obedientie et sub pena suspensionis et excommunicationis quas in vos et vestrum quilibet ferimus nisi feceritis quod mandamus vobis et vestrum cuilibet districte precipimus et mandamus quatenus alter vestrum alterum non expectet citetis peremptorie in domo habitationis nostre in claustro parisiensi Coram nobis ad diem martis instantem hora magne misse Ecclesie parisiensis precise mihi &c.ª venerabilem virum magistrum petrum de Capite Stagno magistrum in medicina procuratori facultatis in medicina parisiensi nomine procuratorio ipsius facultatis et pro ipsa in causa suspicionis seu recusationis contra venerabilem et discretum virum dominum . . . officialem parisiensem nuper Subdelegatum in causa appellationis ad Sedem apostolicam inter dictam facultatem et magistrum

trum petrum interjecte per dictum dominum Episcopum parisiensem deputatum ex parte dicti magistri Petri prepositarum modum juxta et secundum tenorem subdelegationis seu commissionis a dicto domino Episcopo super hoc nobis facte quod justum fuerit reponuerunt seu etiam secundum ipsius cause statum ulterius ut jus erit procesurum etiam in talibus consuetum et quid inde factum fuerit nobis fideliter vos qui presens mandatum exequendum rescribatis vel presentibus sigillum vestrum apponatis in signum executionis coram datum sub sigillo nostro anno Domini M°. CCC°. xxx°. primo die Sabbatti post festum purificationis beate marie Virginis

Grandos ex leris

Acta martis hora et loco presentibus P. dyonisii Gaufrido de Chavigno Roberto monachi ex pluribus.

Committimus Episcopi Parisiensis quo judex constituitur Stephanus de novilla Die Sabbatti post festum purificationis 1331.

Datum per copiam hugo permissione divina parisiensis Episcopus Judex unicus in hac parte a domino papa datus in causa appellationis ex parte decani magistrorum et scolarium facultatis medicine parisius appellantium contra magistrum petrum de capite stagno magistrum in medicina appellatum ad sedem apostolicam ut dicitur interjecte venerabili et discreto viro magistro Stephano de novilla succentori et canonico parisiensi

Salutem

Salutem in domino qu'um Cognitioni decisioni et Expeditioni dicte appellationis cause nostris nostre que Ecclesie parisiensis ac pluribus aliis arduis negotiis prepediti ad presens Vacare non possumus Vobis de Cujus fidelitate et industria non immerito confidentes quo ad Cognitionem decisionem et Expeditionem dicte appellationis cause nobis autoritate predicta commisse et Eam fine debito terminandam Tenore presentium Committimus Vices nostras donec Eas ad nos duxerimus revocandas non obstante hoc quod aliter officiali nostro parisiensi quo ad Cognitionem et decisionem dicte appellationis cause commisimus Vices nostras quas quidem Vices ad nos ex ex causa tenore presentium revocamus datum Sub Sigillo nostro anno domini millesimo tricentesimo tricesimo primo die Sabbatti post festum purificationis Beate marie Virginis.

Instrumentum protestationis factæ A Cancellario pro licentia et a facultate medicine penultima februarii 1331.

In nomine domini amen per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat Evidenter quod anno Ejusdem millesimo tricentesimo tricesimo primo Secundum usum curiarum parisiensium inditione quinta decima mensis februarii die penultima Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII^{di}. anno Sexto decimo in mei notarii publici et testium Subscriptorum presencia in domo habitationis venerabilis et discreti viri magistri Reginaldi de fornemara decani medicine parisiensis personaliter constituti et ibi simul Congregati venerabiles et discreti viri magistri dictus

Reginaldus

Reginaldus franciscus de Castello Guillelmus de Venato Jo=
hannes de Sya, Remigius de mariquiaco, Philipus de Curia,
Petrus Ligome hayms de Filgeriis Stephanus de Calvomonte
Egidius de Raveriis, Cello de Luthco Johannes de hallynedi,
Thomas de Sancto Georgio, Johannes de Lontenovo Gratianus
de Brixia, Johannes de Aingonis, Johannes de Conciaco, Guil=
lelmus de Friburgo, Petrus de Fontanis, alanus de Gratia,
et Johannes dictus Bourios omnes magistri in medicina
parisiensi ipsam facultatem facientes et Representantes
lecta jntibi in publico quadam Cedula formam que se=
quitur continente in hec verba pro Copia protestatione
premissa ex parte mei Guillelmi de narbona Cancellarii
parisiensis de Contrario ad protestationes facultatis medicine
Seu magistrorum ipsius facultatis facta jn quadam Cedula
Super quadam presentatione si sic dici debeat de quibus
dam Bachalariis jndicta facultate licentiandis per eos
mihi facta et tradita, et etiam protestato ex parte mei
Cancellarii predicti quod per aliqua que dicam et ex
faciam non jntendo approbare aliquas de personis Contra
quas proposui jn libello per me tradito et porrecto Coram
Reverendo in Cristo patre domino parisiensi. Episcopo=
autoritate apostolica jutor me et ipsos Sub certa forma
in rescripto contenta comminario deputato et quod Etiam
non jntendo in aliquo renunciare Seu aliqualiter dero=
gare processui jn quosum contra eos coram dicto Episcopo
et quod Etiam non jntendo in aliquo approbare consue=
tudines aut Statuta eorum si sic dici debeant presertim
et in quantum obviarent privilegiis libertatibus seu juribus
meis Seu Cancellarie mee parisiensi; Item Etiam potestato
quod per aliqua que dicam vel faciem certorie contentorum

Ine

In dicta cedula vel alia occasione qua cumque non intendo privilegiis libertatibus seu juribus meis seu cancellarie mee predicte in aliquo derogare nec eis in particulari in toto renunciare et etiam specialiter protestato quod occasione premissorum non intendo renunciare quo minus possim et michi liceat recipere presentationes singulorum magistrorum et conferre licentiam Bachalariis postulantibus examinatis tamen a magistris dicte facultatis prout ad me spectat ratione cancellarie mee parisiensis predicte et secundum jura privilegia seu libertates ipsius quibus protestationibus mediantibus juribus que et libertatibus et privilegiis meis et mee predicte cancellarie in omnibus michi salvis et rejectis dicte facultatis consuetudinibus et statutis quibus cumque dictis meis et cancellarie mee predicte privilegiis libertatibus seu juribus obviantibus quo quomodo et absque prejudicio jurium libertatum et privilegiorum meorum seu cancellarie mee predicte non secundum formam presentationis dicte facultatis inquantum obviat juribus privilegiis et libertatibus meis et cancellarie mee predicte sed in quantum possum et debeo juxta jura libertates et privilegia mea et cancellarie ante dicte, et non aliter ipsos Bachalarios ad solitum examen admitto protestans de examinandis magistris dicte facultatis super sciencia moribus et spe proficiendi Bachalariorum ipsorum et de admittendis dignis ad licentiam et repellendis indignis prout secundum conscientiam meam michi videbitur expedire et etiam ad me spectat ratione cancellarie mee predicte et juri=

=um

=um libertatum seu privilegiorum ipsius de hac respon=
sione petens a te notario publico michi fieri publicum
instrumentum invocans astantes in testimonium premis=
sorum qua cedula ipsis auscultantibus per lecta statim
ipsi magistri facultatem predictam facientes et repre=
sentantes tam suis propriis quam dicte facultatis
nominibus et pro ipsis protestati fuerunt et contrarias
protestationes melioribus modo et forma quibus potu=
erunt et debebant ut dicebant fecerunt in publico de
contrario et in contrarium contentorum in dicta cedula
et contra quemlibet articulum seu quamlibet protes=
tationem factum seu factam in dicta cedula vel alias
sique facta fuit a cancellario parisiensi in eadem
cedula nominato sub quibuscumque formis verborum
contra facultatem et magistros predictos vel alterum
ipsorum seu contra jura libertates observantias con=
suetudines statuta et privilegia dicte facultatis et
magistrorum predictorum seu alterius eorumdem.
Salvis insuper in omnibus et per omnia ut dicebant
et in suo robore duraturis eisdem facultati et magistris
juribus privilegiis statutis consuetudinibus et obser=
vantiis appellatis et processibus inter ipsos facultatem
et cancellarium ubicumque et qualitercumque ac
etiam protestationibus ipsorum facultatis et magis=
trorum alias factis et habitis universis protestationes
etiam quod per presentes non intendunt in aliquo a
eisdem juribus privilegiis libertatibus observantiis
consuetudinibus statutis ipsorum facultatis et magis=
=trorum

-torum medicine procesibus appellationibus et protestationibus suis alias factis hujus modi in aliquo derogare nec eis in toto vel in parte renunciare tacite vel expresse et de hac presenti protestatione si opus fuerit coram dicto cancellario seu in ejus presentia faciendo vel fieri faciendo competenter seu eidem cancellario intimando notificando et insinuando, si et quando eidem facultati et magistris placuerit et videbitur expedire. . preterea dictus magister a Lamus deprecatus asseruit et dixit ibidem in publico quod si tempore quo ipse deponit coram dicto cancellario pro licentia testimoniorum Bachalariorum dicte facultatis medicine ipse sciviset responsionem dicti cancellarii contentam in dicta cedula talem extitisse nullo modo deposuisset nisi sub protestationibus prescriptis sed prius quam deponeret ipse modo simili ut facultas et magistri predicti protestati fuerunt prout supra protestatus extitisset super quibus petierunt sibi per me fieri publicum instrumentum nominibus quibus supra astantes ibidem in testes premissorum invocando : acta fuerunt hec anno indictione mense die pontificatu et loco predictis presentibus et astantibus ibidem ad hec discretis viris magistris Adam de Franconvilla, Francino Lombardo, Guillelmo dicto Coetigou, Johanne dicto Linguis scolaribus parisiensibus clericis et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis. Et plurbas

Et Ego Johannes magni dictus de villes coublain de parisius

parisius autoritate apostolica tabellio publicus et curie parisiensis notarius juratus dicte cedule lecture dictorum magistrorum protestationibus et ceteris omnibus et singulis una cum testibus anno juditione mense die loco ponti=ficatu prescriptis presens fui ideo ea jnde publicam formam redegi Signo que et Subscriptione meis ejus consueto roboravi requisitus et rogatus.

Instrumentum Supplicationis pro licen=tia Baccalaureorum penultima martii 1331.

In nomine domini amen Noverint universi hoc presens publicum jnstrumentum jnspecturi quod anno Ejusdem millesimo trecentesimo tricesimo primo Secundum usum Curiarum parisiensium juditione quinta decima mensis martii die penultima circiter horam primam jpsius dicti pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape XXII. anno Sexto decimo jn domo habitationis venerabilis et discreti viri magistri Reginaldi de Cornemara decani medicine in civitate parisiensi jn mei notarii publici et testium jnfra Scriptorum presentia jn simul Congregati venerabiles viri magistri dictus Reginaldus Johannes dictus pipe Philipus de Curia hamo de filigeriis, cello de putheo, Thomas de Sto. Georgio Gratianus de Brixia Johannes de Couciaco, Johannes de hallinis Petrus de fontanis Johannes de Lingonis ægidius de Raveriis, Johannes de Dya, et alanus de pratis omnes magistri in medicina facultatem medicine parisius facientes et Representantes ut dicebant Coram quibus Comparuerunt discreti viri; Johannes de novavilla Brito, Johannes

crim

crimi, Johannes de Janua, andreas Normannus, Willer=
mus de Gandavo, Leodegarius homo dei, Johannes de
Longo, et adam de francovilla omnes Bachalarii ut
dicebant ibidem in medicina supplicantes predictis ma=
gistris facultatem facientibus ut supra ut ipsi suis et
dicte facultatis nominibus vellent licentie dictorum Ba=
chalariorum hodie sibi per cancellarium parisiensem
dandis in medicina si ut ipsi Bachalarii ibidem tunc
narrabant consentire et Bursas ipsorum Bachalariorum
recipere quas solvere se paratos asserebant quibus Ba=
chalariis Respondit dictus decanus medicine suo et
predictorum magistrorum facultatem facientium suis
et dicte facultatis nominibus quod bene sibi caverent
iidem Bachalarii de non eundo contra juramenta sua
ab ipsis dicte facultati alias prestita et quod quilibet
eorum studeret servare bene et juste suum juramentum
et super observatione sui juramenti monuit dictus
decanus dictos Bachalarios ut potuit dicens eis
quod eidem facultati videbatur dictos Bachalarios errare
si reciperent dictam licentiam modo quo eam se velle
Recipere asserebant in illo etiam eventu seu momento
Similiter comparuit ex alia parte Simon de Santagiis
Similiter Bachalarius in medicina ut ibidem diceba=
tur supplicavit eidem facultati et magistris ut licen=
tie sibi similiter illa die dande ut dicebat suum
consensum prebere vellent et bursas suas recipere cui
Simoni Respondit dictus decanus medicine nomini=
bus quibus supra quod ipse Simon non legerat
cursus suos modo debito nec fuerat presentatus per
facultatem ut moris est ad dictam licentiam obtinen=

=dam

sam nec etiam fecerat eaque facere debebat Bachala=
rius licentiandus in dicta facultate quare non debebat
dicta facultas supplicationem ipsius Simonis exaudire
et nihilominus si vellet informare debite dictam facul=
tatem se fecisse eaque facere debet in talibus Bachala=
rius qui petit et vult licentiari, dicte sue supplicationi
dicta facultas annueret et faceret quod deberet super
quibus responsionibus sic dictis bachalarius et simoni
per dictum decanum prout supra datis petiit ipse
decanus per me fieri sibi nominibus predictis publi=
cum instrumentum acta sunt hec anno indictione
mense die hora loco et pontificatus predictis pre=
sentibus discretis viris berengario de Portugalia nota=
rio publico, Guillelmo Brunelli et philippo de lagaio
et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter
et Rogatis.

Et Ego Johannes magni dictus de villes coublain
de Parisius clericus auctoritatum apostolica et
imperiali Tabellio publicus et curie parisiensis
notarius juratus premissis omnibus et singulis
dum sic fierent seu agerentur anno indictione
mense die loco et pontificatu una cum testibus
subscriptis presens fui ea publicando fideliter
propria manu scripsi solito que signo et subs=
=criptione meis Roborari requisitus et Rogatus
in testimonium veritatis premissorum hec voca=
=bula et adam de francovilla scripta superius
In Rasuris approbo.

Declaratio Cancellarii pro facultate medi=
=cinæ die Veneris ante R anno 1331.

Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de narbona Cancellarius Ecclesie parisiensis Salutem in domino notum facimus quod nos ex certa Sciencia Sponte et provide volumus et consentimus quod per licentiam a nobis venerabili viro magistro Symoni de Santagiis nuper in medicina datam aliquod jus de novo nobis Seu Cancellarie nostre parisiensis aut nostris Successoribus Cancellariis Sit acquisitum & nec dicte facultati Seu magistris aliquod prejudicium gravari aut aliquid aliud imputari possit videtur quod a bis propter dictam Licentiam nos Seu Cancellariam nostram predictam aut Successores nostros aliquod jus de novo acquisivisse contra dictam facul=tatem dictos magistros Seu eorum alteri utrumque Seu contra ipsorum omnium et Singulorum magistrorum et facultatis jura juramenta privilegia Libertates vel consuetudines Si quas habent eidem juri siquod Sit Renunciamus penitus voluntarie et Expresse et volumus quod illo jure Siquod Sit occasione & premissa nos vel Successores nostri uti Seu jurare nullatenus valeamus in futurum ac Si dicta licen=tia nunquam data Extitisset promittentes bona fide et Sub ypoteca bonorum nostrorum et cancellarie nostre predicte predicta tenere et contra non venire in futurum ratione predicta nec alium Dare mate=riam in contrarium Veniendi Jure aliquo Ingenio

Vel

vel Cauteta et hec omnibus quorum interest vel interesse poterit inposterum intimamus per presentes Sigillo nostro propter hoc Sigillatas datum die veneris ante Ramos palmarum anno domini millesimo Trecentesimo Tricesimo primo.

Scellé sur double queüe de parchemin, le Scel en perdu.

Instrumentum quo Rogat facultatem Cancellarius ut Gratam habere Vellet Licentiam a se Concessam Simoni de Lentagiis Die 10ª Aprilis 1331.

In nomine domini amen noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno Eiusdem millesimo Trecentesimo Tricesimo primo Secundum Usum Curiarum parisiensium indictione quinta decima mensis aprilis die decima pontificatus Sanctissimi in Cristo patris et domini nostri Domini Johannis divina providentia Pape XXII.ᵢ anno Sexto decimo in domo habitationis venerabilis et discreti viri magistri Guillelmi (Bernardi) de narbona Cancellarii Ecclesie parisiensis in claustro parisiensi in mei notarii publici et testium infra Scriptorum presencia personaliter constitutis venerabilibus et discretis viris dicto domino . . Cancellario ex una parte et magistris Reginaldo de Cornamara decano ad presens facultatis medicine, Cellone de putheo Johanne de Conciaco Johanne de Lingonis, Petro de fontanis, Remigio de marigniaco, Stephano de Calvomonte Petro dicto Rigonensi, hamone de filigeriis Johanne dicta Bourios et alano de Pratis magistris in dicta facultate medicine more solito Convocatis

Ibidem

Ibidem ut dicebant Congregatis facultatem predictam fa=
cientibus et Representantibus suis et dicte facultatis nomi=
nibus ex alia parte ut dicebant aliquantulum prologuto
a dicto cancellario cum dictis magistris seu narratione
facta de pace inter ipsas partes per reverendum patrem
dominum parisiensem. . Episcopum facienda domino Con=
cedente seu que fieri sperabatur ut dicebat idem Cancellarius
rogavit inibi dictos magistros quatenus placeret eis quod
licentia nuper per ipsum Cancellarium data indicta scien=
cia magistro Simoni de Lentagio qui non fuerat per dictam
facultatem eidem Cancellario ut dicebatur ibidem pro dicta
licentia habenda presentatus transiret cum aliis bacha=
lariis per dictam facultatem eidem Cancellario presentatis
maxime ut dicebat idem Cancellarius cum ipse magister
Simon semper fuisset et esset adherens dicto Cancellario
et liti sue contra dictam facultatem et cum de sibi adhe=
rentibus sicut de ipso pax fieri debebat ut dicebat eodem
que cancellario adhuc loquente predictus magister hanc
verba sua dirigens ad dictum Cancellarium sibi dixit
quod alias super hoc ipse Cancellarius per magistrum
francicum de Castello rogari fecerat dictam facultatem
seu sibi supplicari cui dictus Cancellarius respondit
quod hoc erat verum quibus dictis dicti magistri facul=
tatem predictam facientes prout supra Rogationi seu
Requeste dicti cancellarii hujus modi dispensarunt seu
dispensando annuerunt quod Rogabat dum tamen ut
dicebant per hoc eidem facultati seu magistris nullum
prejudicium generaretur et dictus Cancellarius eidem
tunc respondit quod per ipsam licentiam per eum magis=
tro Simoni ut supra datam nolebat idem cancellarius
sibi seu sue Cancellarie parisiensi aliquod jus acqui=
=situm

-situm esse de novo seu acquiri nec ob hoc volebat dictis magistris seu facultati aliquod prejudicium seu vitupe=rium generari nec aliquid aliud contra ipsos seu eorum alterum ob hoc posse aliqualiter imputari in futurum et promisit ipse cancellarius bona fide super hiis dare dictis facultati et magistris bonam litteram suo seu sue cancellarie predicto sigillo sigillatam modo quo poterit fieri meliori super quibus petierunt dicti magistri sibi per me fieri publicum instrumentum, acta sunt hec anno indictione mense die loco et ponti=ficatu predictis presentibus venerabilibus et discretis viris magistris Petro andree.. officialis archidiaconi Brie in ecclesia parisiensi Radulpho de Clinchamp, Guillelmo de Deriona juris peritis advocatis Guillelmo Brunelli clericis et Philippo de Sayaco apothecario testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et plus bas en lr...

Et Ego Johannes magni dictus de Villes Coublain de parisius clericus apostolica et imperiali auctoritate tabellio publicus et curie parisiensis notarius jura=tus premissis dum dicerentur et fierent prout pres=cribuntur anno indictione mense die pontificatu loco et una cum testibus supra scriptis presens fui ideo ea in hanc publicam formam redigendo propria manu scripsi hic me subscripsi et signum meum solitum apposui in testimonium veritatis premis=sorum requisitus et rogatus hoc vocabulum hujus modi in Rasura scriptum approbando.

Instrumentum quo magister Guillelmus de Barra fecit diligentiam in Curia Romana seu petit audienciam a Papa pro facultate die 15.a aprilis 1331.

In nomine domini amen. anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo indictione XIV. et die quinta decima mensis aprilis pontificatus domini Johannis Pape xxii. anno sexto decimo in mei notarii publici et testium infra scriptorum presencia personaliter constitutus venerabilis et discretus vir magister guillelmus de Barra magister in medicina procurator ut asserebat facultatis medicine parisiensis requisivit portarios prime porte per quam habetur communis ingressus ad dominum papam predictum ut ipsum permitterent ad presentiam predicti domini pape accedere tenens in suis manibus quoddam publicum instrumentum appellationis ex parte predicte facultatis contra cancellarium parisiensem ad predictum dominum papam facte asserens quod dicte appellationis negotium pro parte dicte facultatis nomine procuratorio coram predicto domino papa vel illo seu illis quibus causam dicte appellationis committeret prosequi volebat et etiam intendebat juxta posse et fideliter sicut fidelis procurator et ab ipso domino papa super causa pendente judices seu judicem impetrare vel auditorem seu auditores et Johannes de montygnaco predicti domini pape portarius dicto magistro Guillelmo respondit et dixit quod non erat

tempus

Tempus et quod preditus dominus papa erat magnis et arduis negotiis occupatus et quod ad Dominum Papam non posset accedere et dictus magister Guillelmus protestatus fuit ne tempora contra se et dictam facultatem currerent quod per eum non stabat quin predicta omnia et singula faciebat prout superius exprimitur tenor vero instrumenti predicte appellationis talis est in nomine domini amen in claustro ecclesie parisiensis ante ecclesiam ipsam congregati. . venerabiles viri magistri . . Philipus de curia decanus facultatis medicine Petrus de Serotellis &ca. quod quidem instrumentum incipit in septima linea in facultate et incipere ultima linea domini Johannis divina providentia pape et in subscriptione notarii, Et Ego Jacobus frassus clericus &ca. de quibus omnibus et singulis dictus magister guillelmus de Barra petiit sibi fieri publicum instrumentum actum ut supra; juxta portam predictam presentibus discretis viris domino Ricardo de Reginvilla Presbitero; Petro de maleyo clerico Bernardo de Roama, Johanne Garrigue, domini pape Portariis constantiensis Cataiensis diocesum testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Et Ego Robertus marquerie clericus Constantiensis diocesis publicus autoritate apostolica et imperiali notarius predicte protestationi responsioni et aliis omnibus et singulis supradictis una cum predictis testibus presens fui et in hanc publicam formam redegi et scripsi et meo signo consueto signavi Rogatus:

Instrumentum protestationis factæ a facultate ob non impetratam a Papa audientiam 24. Aprilis 1331.

In nomine domini amen presentis instrumenti publici seriem inspecturis pateat universis quod anno anativitate ejusdem domini millesimo trecentesimo tricesimo primo indictione quarta decima die vicesima quarta mensis aprilis pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Johanis divina providentia pape XXII.^di^ anno quinto decimo in presencia mei notarii publici infra scripti et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum venerabilis et discretus vir magister Radulphus Pincton in medicina magister procurator facultatis medicine parisiensis et singulorum magistrorum et personarium ejusdem faciens fidem de procuratione sua per quoddam publicum instrumentum manu yvonis Grallonis clerici Corisopitensis diocesis publici sacri Romani imperii auctoritate notarii curie que parisiensis jurati et ejus signo et subscriptione signatum sigillo que curie parisiensis episcopi forme rotunde in cera viridi impendenti sigillatum quod quidem procurationis instrumentum in secunda linea sic incipit secundum morem francie et finit in eadem fuit in et incipit in penultima linea ante signum et subscriptionem notarii rinus et finit in eadem acta fuerunt hec paris. ante primam portam palatii domini nostri pape per quam ad eundem dominum nostrum papam habetur ingressus personaliter constitutus petiit a discreto

viro

viro Johanne ade hostiario dicte prime porte qui tunc ejusdem porte custodiam habebat quod permitteret ipsum Intrare ad eradem dominum papam quia volebat prose= qui coram eodem domino papa causam seu causas qua= rumdam appellationum pro parte ipsius facultatis ac singularium magistrorum et personarum ejusdem et quibusdam gravaminibus eidem facultati ac magistris et personis ejusdem illatis ad Sedem apostolicam inter= jectarum prout in quatuor publicis instrumentis signo et Subscriptione Guillelmi marpandi clerici abrincensis diocesis publici apostolica et imperiali auctoritate nota= rii signatis que Idem magister Radulphus in manu sua tenebat plenius continetur quorum quidem qua= tuor instrumentorum primum in secunda linea sic incipit horam vesperarum et finit in eadem magistri Guillelmi et incipit in penultima linea ante subscrip= tionem notarii infra scripti et finit in eadem presentibus Secundum autem instrumentum in secunda linea sic incipit prime et finit in eadem ad hec vocatorum et incipit in penultima linea ante Subscriptionem notarii cellarii parisiensis et finit in eadem aliis testibus tertium autem instrumentorum predictorum in secunda linea sic incipit tertie et finit in eadem ad presens et incipit in penultima linea ante Subscriptionem notarii de Bion et finit in eadem publicum infra Script quartum quidem et ultimum instrumen= torum eorumdem in secunda linea sic incipit quarta decima et finit in eadem cancellario et incipit In penultima linea ante Subscriptionem notarii

de

depreminsa et finis in eadem presentibus adhec petere que et impetrare Super hujus modi appellationum negotio judicem seu Judices auditorem vel auditores et omnia et Singula facere et procurare que circa hujus modi appellationum negotium necessaria forent seu Etiam oportuna qui quidem hostiarius eidem magistro Radulpho procuratori predicto Respondit quod non erat tempus intrandi ad eudem dominum papam cum esset aliis prepoditus negotiis ipsum que procuratorem intrare non permisit quamvis pluries et frequenter et cum instantia qua decuit per dictum procuratorem fuit requisitus et tunc dictus procurator nomine quo Supra publice fuit protestatus quod non Currant tempora contra ipsum nec dictam facultatem et magistros et Singulares personas ejusdem quorum Existit procurator quo minus alias hujus modi appellationum negotia prosequi valeant et Super ipsis judicem Seu judices auditorem vel auditores impetrari et omnia et Singula fieri que eidem facultati et magistris et Singularibus personis ejusdem permittuntur ajure prout est in Talibus Causis et negotiis juxta Stilum romane curie fieri consuetum cum per ipsum procuratorem non Steterit neque Stet quin fecerit omnia et Singula Supra dicta Si ad ipsum dominum papam habere potuisset ingressum Super quibus omnibus et Singulis idem magister Radulphus procurator prefatus procuratorio nomine quo Supra requisivit me . . notarium publicum in fra Scriptum ut Sibi Conficerem presens publicum instrumentum

=mentum, acta fuerunt hec avinioni ante dictam primam
portam palatii dicti domini nostri pape anno jndicti=
one die mense et pontificatu predictis, presentibus
discretis viris magistro Guillelmo de Janua magistro
Regente in artibus parisius Hugone de Toya et Johan=
ne Le Bouchier clericis Januensis Civitatis Bisuntinen=
sis et constantiensis diocesum Testibus ad premissa
Vocatis Specialiter et Rogatis

Constat michi . . notario jnfra Scripto de Rasura
jnfine decime ac principio undecime linearum
jstius jnstrumenti ubi michi Substantiorum est
Scriptum ac de Rasuris in vicesima prima
linea ubi dicitur prepeditus et jn vicesima secun=
=da ubi dicitur publice fuit quas manu mea
propria feci.

Et Ego Philippus Coré de nulleyo Episcopi clericus
Bajocensis diocesis publicus apostolica et Jmperiali
auctoritate notarius omnibus et Singulis Supra
Scriptis una cum prenominatis testibus presens
fuit et hoc publicum jnstrumentum Scripsi et publi=
cavi et jn hanc formam redegi Signo que meo solito
Signavi rogatus in Testimonium omnium premissorum;

Dies Jterato Conditus a Cancellario Coram
ejus officiali 1331. Die martis post
ascensionem Domini

Attentis et consideratis forma et tenore articulorum
traditorum in Scriptis ex parte magistri Guillelmi
de

de Narbona Cancellarii ecclesie parisiensis seu ejus procuratoris ipsius nomine et pro ipso contra venerabiles viros et discretos magistros Reginaldum de Fornemara vices gerentem decani medicine Johannem Pipe Stephanum de Calvomonte Stephanum de Nogento Radulphum Pincon Hamonem de Filigeriis, magistros in medicina parisienses appellantes ad vos domine judex officialis parisiensis ab audientia magistri Petri andree dicentem se officialem seu commissarium dicti cancellarii et contra dictum cancellarium ac magistrum Petrum predictum dicentem se ejus officialem ut premittitur dicunt et pretendunt dicti fisici quod ad vos domine judex officialis parisiensis potuit et potest in casu de quo agitur ex parte ipsorum fisicorum provocari et etiam appellari prout provocandum et appellandum extitit ex parte ipsorum fisicorum ab auditorio sive audiencia si quod vel quam habebat dictus magister Petrus vel contra ipsum dictum dominum Cancellarium et non solum de jure imo etiam de usu et consuetudine ville civitatis et diocesis parisiensis notorie et prescriptis ac etiam approbatis vos domine judex officialis parisiensis predicte potestis judicata provocationis et appellationis causa cognoscere et decidere inter partes predictas non obstantibus per partem dicti Cancellario in contrarium allegatis quare &c.a Hiis et aliis rationibus et a vobis domine judex supplentis petunt dicti Phisici pro se super premissis et contra dictum Cancellarium ejus que dicentem officialem interloqui statui et decerni rettinere quod fuerit rationis et de premissis in facto

Con=

consentientibus si quod fuerit offerunt se dicti fieri si opus fieri facturum competentes ad hec a vobis petentes admitti et dictum Cancellarium ac ipsius dicentem se officialem suum in expensis hujus litis legitime condempnari. datum anno domini millesimo tricentesimo tricesimo primo die martis post ascensionem ejusdem.

Instrumentum intercessionis et provocationis factæ a Guidone fabri ob condictum facultati diem coram officiali Cancellarii (die martis ante Pentecostem 1331.

Acta coram nobis anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo die martis ante pentecostem ad quam diem citati erant peremptorie coram nobis magister Guillelmus de narbona Cancellarius Ecclesie parisiensis seu ejus procurator ipsius nomine et pro ipso nec non et magister petrus andree dicens se officialis seu commissarius dicti cancellarii procesuri in causa appellationis ad nos devoluta ab audiencia dictorum Cancellarii et ejus officialis seu interjecta ex parte magistrorum Reginaldi de Cornemara vices gerentis decani facultatis medicine parisiensis Johannis pipe, Stephani de Calvomonte, Stephani de nogento, Radulphi Simon, hamonis de filgeriis magistrorum in medicina contra dictos Cancellarium et ejus officialem & ulterius ut jus erit. dicta die Guioto fabri clerico procuratore et procuratorio nomine dictorum Phisicorum et pro ipsis ex una parte et magistro Guillelmo de Deriona clerico procuratori dicti Cancellarii et etiam pro ejus

officiali

officiali coram nobis ad penam viginti solidorum parisiensium decato et per fidem ex altera in judicio coram nobis comparentibus dictis procuratore fisicorum nomine ipsorum et pro ipsis proponunt coram nobis contra dictos cancellarium et ejus officialem rationes infra scriptas attentis et consideratis forma et tenore articulorum traditorum in scriptis ex parte magistri Guillelmi de narbona cancellarii ecclesie parisiensis seu ejus procuratoris ipsius nomine et pro ipso contra venerabiles viros et discretos magistros Reginaldum de fornemara vices gerentis decani medicine Johannem pipe Stephanum de calvomonte, Stephanum de nogento, Radulphum Rincon, hamonem de filgeriis magistros in medicina parisiensi appellantes ad vos domine judex officialis parisiensis ab audientia magistri Petri andree dicentis se officialis seu commissarii dicti cancellarii et contra dictum cancellarium et magistrum petrum predictum dicentem se ejus officialem usque premittitur dicunt et pretendunt dicti fisici quod ad vos domine judex officialis parisiensis potuit et potest in casu de quo agitur ex parte ipsorum Phisicorum provocari et etiam appellari prout provocatum et appellatum extitit ex parte ipsorum fisicorum ab audientia vel audientiis si quod vel quam habebat dictus magister petrus ac contra ipsum ac contra dictum cancellarium non solum de jure immo etiam de usu et consuetudine ville civitatis et diocesis parisiensis notorie et propositis ac etiam approbatis vos que domine judex officialis parisiensis predicte

potestatis

potestatis in dicte provocationis et appellationis Cau=
sam congnoscere et decidere inter partes predictas non
obstantibus per partem dicti cancellarii in contrarium
allegatis quare D.ª tuis et aliis rationibus a vobis
domine judex supplendi petunt dicti ptisinii per se super
universis et contra dictum cancellarium ejus que dicentem
officialem interloqui statui et decerni ulterius quod
fuerit Rationis et de preminis in facto consistentibus
Sique fuerint offerunt se dicti fieri si opus fuerit.
fidem facturi competenter ad hoc a vobis petentes admitti
et dominum Cancellarium ac ipsius gerentem se officialem
suum in expensis Ejus litis condemnari datum anno
domini 1331. die martis post ascensionem ejusdem, quibus
sic propositis procuratoris dicti Cancellarii nomine quo
supra proposuit coram nobis quod attentis privilegiis ex
parte dicti cancellarii exhibitis coram nobis et propositis
ex parte sui, in certa causa debebamus et debemus
pronunciare nos non posse coqnoscere de meritis hujus
modi cause et debite partes remitti ad aliud Examen ubi
decet remittitur non constat preminis propositis ex parte
procuratoris ptisiniorum . . . . tuis sic propositis
de voluntate dictorum procuratorum asserit ipsis partibus
peremptorie coram nobis diem veneris instantem ad inter=
loquendum cum Guidone fabri procuratore actorum et
cum Guillelmo de Derciona procuratore Cancellarii et
magistro Bernardo de Alvernia a nobis super preminis
et aliis rationibus et privilegiis dicti cancellarii propositis
et Exhibitis coram nobis alias et ad procedendum ulterius
ut juris erit datum et actum ut supra. Et audos

en

est Ceci

Attento tenore articulorum predictorum ex parte officialis domini Cancellarii Ecclesie parisiensis dictis magistris in medicina appellantibus interloquendum pronunciamus eis licuisse et potuisse ad nos appellare, ac judicata causa appellationis coram nobis fore procedendum inter partes non obstantibus propositis ex adverso.

Provocatio ad Sanctam Sedem pro Cancellario, Secunda 3.a et 22.a Junii 1331.

Datum per Copiam Sub signo et Sub scriptione mei notarii publici infra Scripti in nomine domini amen. Per hoc publicum instrumentum Cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem domini millesimo Trecentesimo tricesimo primo, indictione quarta decima die secunda mensis junii pontificatus Sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis divina providentia Pape xxij. anno quinto decimo in presencia mei notarii publici et Testium Subscriptorum Coram venerabili et discreto domino .i. officiali parisiensi in Camera ipsius in Curia parisiensi personaliter constitutus discretus vir magister Guillelmus de Derciona Clericus procurator venerabilis et discreti viri domini Guillelmi Bernardi de narbona Cancellarii parisiensis ab audientia dicti officialis et et contra ipsum ac contra magistros Reginaldum de Cornemara gerentem Supra Substituto . . decani facultatis medicine et Johannem pipe, Stephanum de Calvom=

=onte

-onte Stephanum de nogento, hamonem de filigeriis et fougeriis
Rudulphum dictum Pinon magistros in medicina appel=
lari seu provocari nomine procuratorio dicti domini
Cancellarii ex pro ipso in scriptis ad sedem apostolicam
sub hac forma quoniam appellationis remedium in
favorem oppressorum et opprimi timentium a sanctis
patribus fuerit introductum ideirco ego Guillelmus de
Derecona clericus procurator Reverendi domini domini
Guillelmi Bernardi de narbona Cancellarii Parisiensis
sentiens dominum meum predictum ac me quo supra
nomine, avobis domine . . officiali parisiensi gravari
ac timens etiam infuturum amplius per vos gravari
et opprimi, ex verisimilibus conjecturis ex eo videlicet
ex pro eo quod cum quidam causa ex officio una meum
procuratori dicti domini Cancellarii et curie ejusdem
nomine procuratorio ipsius et pro ipso coram venerabili
et discreto viro magistro petro andree licentiato in legibus
officiali dicti domini Cancellarii et commissario in hac
parte a dicto domino Cancellario a sede apostolica super
hoc delegato ad puniendum pena debita juramenti
transgressores certarum ordinationum papalium prout
in ejus commissione plenius continetur super predictis
excessibus et delictis circa actum scolasticum seu
dependentia ex eadem a personis parisius studentibus
seu in facultate qualibet ibidem regentibus illicite com=
missis specialiter deputate quarum que correctio juridic=
tio punitio, tam de jure quam de consuetudine stilo et
privilegiis sedis apostolice in hac parte dicto domino

Cancellario

cancellario et suis predecessoribus in dignitate Cancellarii
predicte notorie et legitime approbatis et a tanto tempore
cujus contrarii memoria hominum non existit noscitur
pertinere ac dicto officiali commissario dicti domini
Cancellarii auctoritate quo supra procedente ventilaretur
contra magistros Reginaldum de fornemare gerentem
se pro substituto decani facultatis medicine Johannem
Pipe, Stephanum de Calvomonte Stephanum de nogento
Samonem de fougeriis et Radulphum dictum Lincon
magistros in medicina coram dicto officiali et commissario
dicti domini Cancellarii dati que fuissent certi articuli
nominibus quibus supra contra dictos magistros
et dicti physici ad vos dominum officialem parisiensem
ab audientia dicti domini officialis domini Cancellarii
ac ut predictum est commissarii specialis predicti
domini cancellarii in hac parte frivole et indebite
cum non ad vos inquantum procedebatur auctoritate
privilegiorum predicte sedis apostolice sed ad ipsam
sedem apostolicam si causam haberent legitimam esset
appellandum ac sine causa rationabili appellari ad
vos que domine officialis licet per dictum officialem
et commissarium domini Cancellarii ante dicti sum
nec debuit delatum non fuisset appellationi predicte
tanquam ad non superiorem inquantum procedebatur
virtute dictorum privilegiorum apostolicorum ut pre=
dictum est in hac parte appellatum nichilominus nimis
fuistis me quo supra nomine cogere ad procedendum
coram

coram vobis indebite et injuste ac etiam pro eo quod licet
deductis privilegiis et potestate dicti cancellarii predicti
a sede apostolica cancellarie parisiensis ipsius parte
concessis vobis fuisset plenarie facta fides ex quibus
manifeste liquet ipsum dominum meum cancellarium
et ejus predictum comminarium in quantum ut pre=
dictum est procedebatur autoritate apostolica vobis in
aliqua non sub esse vos nichilominus dicte domine
officialis parisiensis in contemptum sancte sedis apos=
tolice ac ejus juridictionem vobis indebite salva vestri
Reverentia usurpando et perturbando per vestram in=
terlocutoriam si sic dici debeat decrevistis dictos pthincos
potuisse ac eis licuisse ad vos appellare ac etiam
coram vobis fore procedendum inter dictas partes non
obstantibus predictis litteris apostolicis super predicta
potestate vobis ad plenum exhibitis cum inquantum
procedebatur ut dictum est autoritate apostolica etiam
aut si nulla injusta foret dicti comminarii summa
non ad vos sed ad sedem apostolicam cognitio pertineret.
Item quia licet non a diffinitiva sed a gravamine quod
sibi dicunt dicti Pthinci per dictum officialem et com=
minarium fuisse illatum frivole ut dictum est appel=
latum fuisset nichilominus vos domine officialis
parisiensis prius quam esset de causa cognitum
immo prius quam esset cognitum utrum ad vos fuisset
per appellationem hujus modi juridictio devoluta,
quamdam excommunicationis summam per dictum

officialem

officialem et commissarium domini Cancellarii auctoritate
quo supra rite latam presumpsistis de facto relaxare licet
non possetis aliqua ratione ipsum dominum meum et
ejus commissarium predictum in sua juridictione immo
verius apostolica in quantum procedebatur auctoritate
privilegiorum ipsius indebite perturbando unde ex pre=
dictis et aliis causis loco et tempore preponendis a vobis
contra dictos ptuncos pro dicto domino meo et me quo
supra nomine et nobis adherentibus seu adherere vo=
lentibus ad Sanctam Sedem apostolicam in hiis scriptis
provoco et appello, petens a vobis apostolos michi dari
quos iterum peto et iterum cum instancia qua decet postulo
michi dari quos si denegaveritis iterum provoco et appello,
dictum dominum meum me et dictos adherentes et bona
et statum nostra ipsius Sedis apostolice, protectioni
supponentes vobis autem predicte appellationis auctoritate
in quantum possum inhibens ne post aut contra ipsam
appellationem aliquid attemptatis qua appellatione seu
provocatione sic interposita et a dicto officiali pro lecta
habita prefatus officialis parisiensis dicto procuratori
super apostolis sic respondit dabimus vobis apostolos
infra tempus a jure statutum, actum ut supra presen=
tibus discretis viris magistris Johanne de aurelianis
tabellione publico et Bernardo de alvernia henrico dicto
Boulais clericis, et yvone dicto tuelen serviente dicti
officialis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.
Item anno indictione mense et pontificatu predictis
die tertia dicti mensis Junii in presencia mei notarii

publici

publici et testium Subscriptorum primuarii et pitimarii predictus procurator nomine procuratorio predicto Guidoni fabri clerico procuratori dictorum pbsiteorum appellationem Seu provocationem predictam qui procuratorio nomine ipsorum Phisicorum et pro ipsius petiit Sibi fieri Copiam de eadem datum in curia parisiensi presentibus magistro Bernardo de alvernia, Bernardo de muro et Johanne de dedunio ac de dunio clericis et quibusdam aliis testibus ad hec vocatis Specialiter et Rogatis; Item anno indic= tione et pontificatu predictis die xxii. mensis junii in presencia mei notarii publici et testium Subscriptorum petiit Sepe dictus procurator nomine procuratorio predicto apostolos Sibi dari et concedi a dicto domino officiali pa= risiensi Super appellatione Seu provocatione predicta. qui quidem officialis parisiensis Super dictis apostolis Sic respondit appellationi vestre ob reverenciam Sedis apostolice deferimus: actum in curia parisiensi in Camera dicti officialis presentibus magistro de Alvernia et Galerano de mailliaco et quibusdam aliis testibus ad hec vocatis Specialiter et Rogatis: Et ego Gaufridus de Alneto & clericus Corisopitensis diocesis apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus premissis omnibus supra Scriptis una cum prenominatis testibus presens interfui et ea manu mea propria Scripsi publicavi hic me subscripsi et Signum meum Rogatus apposui consuetum datum ut Supra:

Et plus bas en écrit

Et Ego Gaufridus de alneto &ca. predictum instrumentum pu= =blicum

=blicum vidi tenui palpari ac de verbo ad verbum legi presen=
tem que copiam ex jude fideliter sumpsi et modo quo supra
scribitur fideliter incorporari diligenti que collatione de
predicto instrumento cum copia hujus modi prehabita
hic me subscripsi et signum meum rogatus apposui
consuetum Item interlinearia illorum vocabulorum videlicet
Reginaldum de formemare gerentem se pro substituto
decani facultatis medicine approbo Ego notarius datum
ut supra:

Instrumentum Compositæ litis inter
facultatem et Cancellarium die Junio 1331.

In nomine domini amen Noverint universi hoc presens
publicum instrumentum inspecturi quod cum super plu=
ribus discordiis seu controversiis inter venerabilem
virum et discretum magistrum Guillelmum de Narbona
cancellarium ecclesie parisiensis et magistrum petrum
de Capite Stagno ex una parte et procuratorem facul=
tatis medicine parisiensis nomine dicte facultatis et
pro ipsa nec non et magistros Reginaldum de formemara
decanum ad presens dicte facultatis, mainfredum de
mediolano: Johannem dictum pipe Johannem de Dya
Petrum de alvernia Philippum de Curia Stephanum
de Nogento Stephanum de calvomonte, Jacobum de
Cantarana Gratianum de Bricia Radulphum Picton
Et petrum de fontanis physicos parisienses suis propriis
nominibus ex alia parte ortis, occasione quarumdam
Licentiarum per dictum Cancellarium anno domini mille=

=simo

simo Trecentesimo Tricesimo Guidoni de navarra in practica
et alphonso de portugalia ad magistratum dicte facultatis
medicine datarum de facto contra Statuta privilegia li=
bertates et jura dicte facultatis ut dicebat procurator
ejusdem facultatis quas licentias, . . dictus Cancellarius
e contra Se dedine rite et juste asserebat et Super qui=
busdam aliis ex parte dicti cancellarii propositis
contra dictam facultatem et magistros predictos Super
quibus fuerat a dicta facultate Seu a magistris tam
Regentibus quam non regentibus parisius in dicta fa=
cultate nomine ipsius facultatis contra dictos . .
Cancellarium et magistrum petrum ad Sedem aposto=
licam in Scriptis appellatum et Super quibus fuerat
erat et est reverendus in cristo pater et dominus
dominus dei gratia parisiensis Episcopus a dicta
Sancta Sede apostolica judex unicus delegatus ut
plenius constat per quasdam litteras apostolicas
Sanctissimi in cristo patris et domini domini Johannis
pape XXII. Super hoc Confectas ob hoc dicto domino
Episcopo parisiensi directas quarum principium et finis
inferius describuntur. Coram quo domino . . Episcopo
judice unico ut prefertur traditi fuissent pro dictas
partes Libelli in Scriptis Sub certis formis tunc et
inde et ex inde aliquantulum litigatum seu processum
et in Scriptis prout procurator dicte facultatis infra
Scriptus per veras ballas de quibus Supra fit mentio
processum que inde Subsequtum et per instrumenta pu=
blica ac appellationes pro parte dicte facultatis Super

predictis

predictis habitas et confectas ut dicebat constare legi=
time asserebat. Demum anno ejusdem domini millesimo
trecentesimo tricesimo primo indictione quinta decima
mensis aprilis die decima circitor horam tertiarum
ejusdem dici pontificatus domini nostri pape predicti anno
decimo sexto coram reverendo in Christo patre et domino
domino hugone dei gratia parisiensis . . episcopo judice
unico adomino papa super premissis dato ut prefertur
in domo habitationis ejusdem domini episcopi in claustro
parisiensi in mei notarii publici et testium infrascriptorum
presencia personaliter comparentibus et astantibus dictis
cancellario et magistro petro de capite stagno professoris
ex una parte et Guidone fabri clerico procuratore et
procuratoriis nominibus facultatis et ceterorum magis=
trorum predictorum et pro ipsis ex alia parte. dictus
dominus episcopus parisiensis probono pacis et concordie
partium predictarum cupiens et volens propone ipsas
partes ad concordiam deducere et eis parcere laboribus
odiis et expensis habitis etiam super premissis cum
juris peritis et aliis fide dignis personis consilio deli=
beratione et tractatu diligentibus ut ibidem idem dominus
episcopus narrabat et dicebat super omnibus et singulis
tam predictis quam aliis discordiis partium predictarum
et utrique parti adherentium quibus cumque dictum
suum seu suam summam et ordinationem in quadam
cedula michi notario publico infra scripto per ipsum
dominum episcopum statim post ejus prolationem tra=
dita in scriptis redactam seu redactam tanquam judex
adicta

adicta Sede apostolica delegatus et tanquam ordinarius
dicti loci tamque autoritate apostolica quam ordinaria
quam etiam ex potestate sibi a dictis partibus data ut
dicebat pronunciavit in scriptis in modum et informam
qui sequitur per hec verba &c.a nos In.ne permissione
divina Episcopus parisiensis unicus judex a sede apos=
tolica deputatus super discordiis seu controversiis mo=
tis inter virum venerabilem et discretum magistrum
Guillelmum de narbona Cancellarium parisiensem et
magistrum petrum de Capite Stanno et adherentes eis=
dem conjunctim vel divisim ex una parte, et procurato=
rem facultatis medicine parisiensis et magistros Reginal=
dum de Cornemara decanum ad presens dicte facultatis
mainfredum de mediolano, Johannem Pipe, Johannem de
Dya, Petrum de Alvernia, Philippum de Curia Stephanum
de nogento Stephanum de Calvomonte, Jacobum de Santa=
rana, Gratianum de Brixia, Radulphum Pinchon, et
petrum de Fontanis, et eis adherentes conjunctim vel
divisim ex altera parte; tam ex potestate apostolica
nobis in hac parte commissa quam ordinaria quam
etiam a dictis partibus nobis data pro bono pacis dicimus
ordinamus et volumus quod partes predicte renuntient
instanciis litium seu controversiarum inter se motarum
et ex nunc pro renunciato habemus omnes que proces=
sus super omnibus litibus inter dictas partes motis
factos et habitos cassamus et penitus annullamus
Item et quod omnia crimina hinc et inde inter dictas
partes proposita dicte partes sibi ad invicem omnino
remittant et ex nunc pro remissis habemus et quod

neutra

Neutra partium nec alicui quicumque occasione premisso=
rum per quemcumque infuturum impeti valeat seu etiam
molestari, Item ex certis, justis, et rationabilibus Causis
que nos movent et movere debent licentiam datam guidoni
denavarra ad practicam Solum anno domini millesimo
trecentesimo Tricesimo mense julii et licentiam post
datam alphonso deportugalia ad Theoricam et practi=
cam anno domini millesimo Trecentesimo tricesimo mense
jannarii permittimus et pro premissis habemus. volu=
mus Tamen et ordinamus quod per dictas licentias vel
ordinationem presentem Seu alia que cumque inpremissis
vel eorum occasione per nos vel dictum Cancellarium Seu
etiam dictam facultatem vel quem cumque alium facta
vel dicta Seu etiam ordinata dictis partibus Seu eorum
libertatibus Seu consuetudinibus juramentis privilegiis
aut juribus quibus cumque aut cujus libet eorumdem
partium nullum generetur prejudicium quoquomodo et
volumus et etiam ordinamus quod per hujus modi li=
centias Sic ut predictum est permissas aut per alia
in premissis facta vel ordinata quoquomodo aliquod jus
de novo dicto Cancellario Seu ejus Successoribus vel
facultati predicte inpetitorio vel possessorio nullatenus
acquiratur quam pronunciationem omnia et Singula
Contenta et narrata in eadem et in cedula predicta que
erat pergameno Scripta . . cancellarius Petrus de
Capite Stanno et procurator Supra dicti nominibus
quibus Supra voluerunt concordaverunt laudaverunt
approbarunt ratifficaverunt, et Emologaverunt et
Etiam contra non venire in futurum promiserunt ex
certa Sciencia provide voluntarie, et exprese Super

quibus

quibus premissis sic factis, ex dictis petiit dictus procurator nomine procuratorio predicto sibi per me fieri publicum instrumentum astantes ibidem juro= cans in testes premissorum; acta sunt hec prout superius sunt scripta; anno indictione mense hora die hora loco et pontificatu predictis presentibus venerabilibus et discretis viris magistris Johanne degraiaco parisiensis, Stephano dicto chevri Laudu= nensis Ecclesiarum canonicis, Radulpho deflinchamp, Guillelmo de Derxona juris peritis, Philippo debaiaco guillelmi Brunelli clericis et quam pluribus aliis parisius commorantibus testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis

Le surplus de l'acte jusqu'à la souscription du notaire et la repetition du commencement et fin de la Bulle du Pape, cet acte est ainsi souscript

Et Ego Johannes magni dictus devilles coublain de parisius clericus auctoritate apostolica et imperiali Tabellio publicus et curie parisiensis notarius juratus pronunciationi per dictum dominum Episcopum et Ratificationi Emologationi ac permissioni predictarum partium et supra factis et aliis omnibus et singulis anno indictione mense, die, hora loco pontificatu et rena cum Testibus supra scriptis presens fui ideo ea in hanc publicam formam propria manu scripsi et redegi signo que solito et subscriptione meis roborari requisitus et rogatus. Esplus bas

bas en lecris

Nos vero officialis parisiensis, ad Requisitionem Johannis notarii publici prescripti de quo ejus que Signo et Subscriptione prefactis notitiam plenariam habemus eis que fidem indubiam ad hibemus Sigillum. curie parisiensis hinc presenti publico instrumento ad majorem certitudinem premissorum duximus apponendum anno et die predictis — Signé J. de Villes Coublain, Scellé en cire verte au Scel de l'officialité de Paris.

XI. Julii 1331.

Decanus et Singuli magistri facultatis medicine Parisius magistro Guillelmo de Pallude magistro pariter in medicina Salutem in domino nulli est Dubium quod omnes magistri et jurati dicte facultatis nostre ex causis contentis in litteris magno Sigillo facultatis nostre Sigillatis que incipiunt in narratione in quantis tribulationibus &ª. tenentur Servare ad quem Cumque statum devenians et deffendere ordinationes Statuta et consuetudines dicte facultatis, et rebelles punire quod Si Non faceremus pro cetero ageremus contra proprium juramentum et merito deberemus perjurii reputari et cum Secundum Statutum quoddam quod omnes juravimus omnis perjurus Sit privatus a dicta facultate certum est omnem talem ipso facto esse privatum ab eadem nec restat nisi Solum quod talis privatus publicetur per nostram sepe dictam facultatem; et cum pro necessitate facultatis ordinatum diu extiterit per omnes magistros tam Regentes quam non Regentes quod vos Solvatis quinquaginta Solidos pari=

parisienses quam tantum solverunt illi qui sunt de vestra sorte seu possibilitate et nos et quilibet nostrum secundum facultatem cujuslibet una cum contributione cotidiana jam solvimus unde vos rogamus vocamus et monemus et si renititis per vestrum juramentum quo nobis et facultati matri nostræ estis astricti quatenus latori presentium dictos quinquagentia solidos tradatis juditate quod si in predictis defeceritis sitis parisius post quindecimo dies a receptione istarum litterarum in domo decani sub pena parjurii et privationis quam privationem publicavimus si defeceritis in altero predictorum sic licet in traditione dicte pecunie vel in comparatione in domo decani coram tota facultate ad dandum consilium, auxilium et juramentum predictæ facultati et ad deffendendum statuta et consuetudines ejusdem que prout superius predictum est juravistis reddentes litteras sigillatas sigillo vestro presentium portitori. datum sub signeto decani in nostre facultatis congregatione, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo undecima die mensis julii

Cet acte scellé de deux sceaux sur simple queüe le premier represente une plante li au côté dextre et une pointe d'une fleur de lys ;
Le second sceau est perdu.

Illicite practicantes 1331. Circum Circa

Rabini judæi et sequentes practicam illicite : Item Bernardus de Cabanes qui dedit medicinam laxativam domino francisco hortalario S.te Victoris que fere inter fecit

ipsum :

ipsum: Item quidam fere interfecit magistrum Guillelmum Lemareschal / M. J. de Corni scit nomen ejus qui pluries vidit ipsum qui est purus laïcus in multis Locis: Item filia clarine que moratur ultra pontem que est Totaliter laïa; Item petrus amator qui moratur super magnum pontem et vendit species practicat illicite et multa mala fecit ut hoc scit magister petrus de Reuterum examinator , in Castelleto: Item duo qui visitant priorem S.te eligii nomina eorum scit magister Jacobus de Cantarana:

Decretum die Lunæ in vigilia B. Clementis 1339.

Noverint universi quod anno domini millesimo trecentesimo tricesimo nono die lune in vigilia Beati clementis. Hugone Sapientis (Le Sage) decano facultatis medicine, vocata facultate predicta, per bidellum juratum ut moris est, ad Statuendum et ordinandum propter pacem et tranquilitatem inter magistros ac Etiam bachalarios et ad Evitandum Clamores magistri contra magistrum ac Etiam contra Bachalarios et Bachalariorum ad invicem et ad comunem utilitatem Scolarium Studentium in dicta facultate et ut universitas que siti in disputationibus melius inquiratur ordinavit et Statuit quod quilibet Bachalarius arguat unum argumentum incipiendo ab uno fine et sic consequenter more Solito usque ad aliun finem Ita quod ullus sit ausus plus arguere nec in Replicationibus vel alis quo quomodo nisi prius habita licentia et obtenta a magistro disputante Sed quilibet taceat ut respondens audiatur et ut melius universitas argumentorum Secundum ejus intentionem

=tionem habeatur voluit Etiam quod adhoc Dumes Bachalarii per Suum Juramentum tam presentes quam futuri astringantur Si quis autem bachalarius inventus fuerit rebellis contra predictum Statutum voluit et Statuit quod in anno jubileo Sequenti primo ad Licentiam non admittatur Sed potius totaliter per totam facultatem pro inhabili ad concurrendum in disputationibus cum aliis et ad dictam licentiam pro anno ut Superius est expressum reputetur Sta=tuit Etiam et ordinavit quod magistri exeuntes in predictis disputationibus factis Suis primis argumentis ut moris est incipiendo ab antiquiori ullus Sit ausus arguere per Suum juramentum et Sub pena amissionis quinque lectionum primarum ordinari=arum in explicationibus nisi petita et habita licentia primitus a magistro disputante ordinaverunt Etiam quod uno arguente tam bachalario quam magistro alter ipsum non impediat Sub penis impositis presen=tibus ad hec reverendis doctoribus et magistris Jacobo de Santarana, Johanne de Conciaco Guillelmo de Lorana Theobaldo de Lavia Johanne de atrio Bartholomeo de Brixia una condicto decano et consensu postea pet=tito a dicto decano ab aliis magistris Regentibus in villa parisiensi in predicta facultate voluit insuper et ad perpetuam rei memoriam inviolabiter observe=tur quod istud Statutum in Litteris redigatur magno Sigillo facultatis Sigillatis ac etiam in libro facultatis

copia

Copia redigatur jn Scriptis et de Cetero pro statuto habeatur acta fuerunt hec anno et die Supra dictis mensis novembris.

Cedeeret est Scellé en cire rouge du grand Scel de la faculté encore en Son entier au dos duquel est le contre Scel.

2.ª Die aprilis circa 1350.

Decretum facultatis pro Stipendiis ambasatoris Ejusdem ad Curiam Romanam &c &c.

Universis presentes litteras jnspecturis, omnes et singuli magistri actu Regentes parisius in faculte medicine Salutem in domino notum facimus quod cum nos pro quibusdam nostris arduis negotiis venerabilem virum et discretum magistrum adam de francovilla nostre facultatis decanum ad curiam Romanam destinaverimus eidem Certum Temporis Terminum ad predicta negotia jn curia romana pro Sequenda prefigentes, jnfra quem eadem negotia nostra per jpsum licet diligenter et fideliter prout nobis constat fuerint prosequta finem non potuerunt Sortiri peroptatum jmo laboribus et Expensis ac Temporis dilatione ulterioribus jndigentes. nolentes dictum magistrum adam jn hac parte Suis propriis Stipendiis militare cujus licet Laboribus et dampnis Satisfacere nequamus competenter Saltem in expensis jpsum proponi relevare Cupientes de Communi Consensu omnium ordinavimus deliberavimus et ordinamus per presentes quod prefatus magister adam habebit et quolibet magistro jn rotulo Supplicationum Scripto

et Signato ultra Summam eidem prominam jn ejus
recessu ad curiam unum florenum ad Scutum et ut
articulum de jllicite practicantibus Signari diligentiam
procuret de pecunia communi facultatis nostre quin=
decim Scutadum Tamen jn romana Curia ultra termi=
num Sibi primo cum aliis nunciis universitatis pre=
fixum moram faciat quo usque dicte nostre Supplicationes
per jpsum Bene et utilitor cum nostris non obstantibus
formare et articuli omnes presertim predictus articulus
de jllicite practicantibus pro quibus extitit destinatus per
dominum nostrum papam fuerint Signati et per jpsum
in Romana curia jn tuto et certo loco positi per copiam
eorum nos diligentor jnformando aut quod abin Si pre=
dicta Signanda per dominum nostrum papam renuarentur
de Diligencia ad hoc per jpsum adhibita et mora compe=
tente Sic alii nuncii jn ejus adventum fidem nobis faciet
Sertiorem Si predicta quindecim Scuta habere voluerit et
ad majorem Roboris firmitatem omnes et Singulos
libros facultatis nostre ac Etiam et communia omnia
et Singula Jocalia et bona mobilia ejusdem facultatis
eidem magistro ade obligavimus et obligamus per
presentes et penes jpsum magistrum adam obligata
remanere volumus quo usque de premissis quindecim
florenis eidem vel ejus certo mandato erit plenarie
Satisfactum in Super eidem promittentes jllum vel
jllos Signatos qui ad Solutionem predictorum Scutorum
Singularitor eidem concernorum rebelles extiterint per
dictam facultatem ad Solvendum compelli jn cujus

rei...

rei Testimonium Sigillum predicte facultatis nostre presentibus litteris duximus apponendum datum parisiis Secunda die aprilis hora prime S.ti Jacobi apud S.tum Maturinum in nostra Congregatione facultatis promissam nostramque presentibus magistris, Johanne de Somaio, Gerardo de S.to desiderio Johanne finarii Nicholao fabri, Johanne de autissiodoro, et pluribus aliis ad hec per juramenta vocatis et congregatis.

Decretum facultatis Super modo eligendi decanum et Examinatores Candidatorum Die 25. januarii 1356.

In nomine domini, amen. dudum inter venerabiles et discretos viros magistros facultatis medicine de natione Gallicana ex una parte ac venerabiles et discretos viros magistros ejusdem facultatis picardie et normannie nationum ex altera Super Electione decani et Examinatorum dicte facultatis Sub orta questionis materia facto que ex inde inter ipsas partes Super hoc compromisso tandem noverint universi presens publicum instrumentum inspecturi quod et anno a nativitate domini millesimo tricentesimo quinquagesimo Sexto indictione nona mensis januarii die vigesima quinta pontificatus Sanctissimi In Cristo patris ac domini nostri domini innocentii divina providentia Pape Sexti anno quarto in mei notarii publici et testium infra Scriptorum ad hec Specialiter vocatorum et Rogatorum presentia personaliter comparentibus venerabilibus et discretis viris in dicta facultate

magistris

magistris videlicet Johanne de Conciaco Thoma le Guinart: Johanne Berthelelli alias de cutimodoro, Johanne de Moism, nicolao de Saronerius, Gervasio christiani et Guillelmo osberi dominico de clavario, Guiberto de Celseto, Johanne Laurentio Darnaldo de Capella, ac Roberto Bermain in Capitulo Sti. mathurini parisiensis Congregatis ac etiam convocatis ut moris est congregationem que dicta facultatis sue facientibus ibidem, et ipsam facultatem representantibus considerantibus que diligenter quod quia super modo Eligendi decanum et Examinatores predictos coram arbitris vertiretur materia questionis, que Electiones dictas differi sine magno dispendio et periculo ejusdem facultatis usque ad arbitrorum decisionem non possunt ideo cum predicti magistri dubitent quem modum in dictis Electionibus celebrandis debeant observare propter causas predictas ad hujus modi decani et Examinatorum Electionis modum per sortem condescenderunt in formam que sequitur inferius annotatam protestationibus tamen a dictis partibus factis primitus et adminus specialiter et expresse quod per Electionem hujus modi presentem nulli hujus modi partium et ec juri et possessioni ipsarum et eorum cujus libet prejudicium nec jus nemini quovis modo generetur in futurum et renuntiavit ctera que pars predicta per presentem Electionem ac si presens hujus modi Electio facta non esset in futurum quovis modo nulla tenus se juvare promittens mihi publico notario infra scripto legitime stipulanti et recipienti vice nomine, et ad opus omnium et singulorum quorum interest vel interesse poterit

Quolibet

quolibet in futurum premissa omnia & singula ac modum
Electionis inferius annotatum tenere observare ac fideliter
ad implere et non contra ea vel eorum aliquod per se
vel alium seu alios directe vel indirecte publice vel
occulte venire fide media michi publico notario infra
scripto per magistros hujus modi partium predictos super
hoc prestita corporali. modus vero Electionis de quo
supra fit mentio, sequitur et est talis magistri nicolai
de Savoneriis pro Gallicana et per Gallicos, et arnaldus
de Capella pro picardis et normannis ac per picardos
et normannos a dictis partibus unanimiter electi et
ab eisdem partibus seu a loco quo hujus modi partes
sedebant aliquantulum elongati duos denarios accepe=
runt et inter se ordinaverunt quod cui partium hujus
modi per unum aliorum magistrorum talis denarius
hujus modi denariorum traderetur hec pars partem
quam vellet eligeret et alteri parti alia Electio remaneret
quo facto taliter inter ipsos nicolaum et arnaldum ac
etiam ordinato, jidem magistri nicolaus et arnaldus ad
alios accedentes, magistro Johanni de Conciaco predicto
hujus modi denariorum unum uni parti et alterum
alteri parti casualiter distribuendum tradiderunt, qui
magister Johannes de Conciaco hujus modi denarios
accepit et statim unum de hujus modi denariis
magistro nicolao, et alterum magistro arnaldo predictis
casualiter distribuit et quia per distributionem hujus
modi magister, nicolaus predictus denarium pro
Electione signatum obtinuit et magister Arnaldus
denarium alterum habuit hinc est quod magistri
de natione Gallicana decanum Eligere volentes magis=

trum

-trum Guibertum de Celseto du Saulsay pro decano Ele-
gerunt et magistri aliarum nationum predictarum
magistros Johannem de Souciaco, nicolaum de Saroneriis,
Guillelmum orberi ac Robertum Bermani predictos
pro Examinatoribus dicte facultatis Elegerunt et
voluerunt dicti partes quod decanus et Examinatores
predicti sic Electi usque ad terminum decanatus
consuetum durent in suis officiis nisi arbitri super
dicto compromisso electi super dicta questionis materia
sentencia serint vel alii loco ipsorum, super quibus
premissis omnibus et singulis ame publico notario
infra scripto publicum petitum fuit instrumentum acta
fuerunt haec de mane sicut et ubi supra, presentibus
adhec venerabilibus et discretis viris magistris Johanne
martinelli, Guillelmus Poignant dicte facultatis
magistris consentientibus in premissis et ab ipsis fieri
et ceteris fide super hoc prestita corporali, testibus
cum Jacobo Lefourrier ipsius facultatis Bedello ad
premissa vocatis specialiter et Rogatis.

andessous en lxiis

Et Ego henricus de Septem nammis clericus Bajo-
cenis publicus apostolica et imperiali autoritate
notarius premissis omnibus et singulis una cum
dictis testibus vidi presens fui eaque audivi et sic
fieri vidi inde que presens publicum instrumentum
scripsi et in hanc formam publicam redegi hic me
subscribens premissa publicando signum meum

consuetum apponi requisitus et rogatus in testimoni=
um premissorum.
avec la marque du notaire.

Decretum facultatis super modo eligendi
decanum 25. novemb. 1357.

In nomine Domini presentis publici instrumenti
seriem inspecturis cunctis pateat evidenter quod anno
a nativitate ejusdem domini millesimo Tricentesimo
quinquagesimo septimo indictione undecima secundum
morem francie mensis novembris die vicesima quinta
pontificatus sanctissimi in christo patris ac domini
nostri domini innocentii divina providentia Pape
sexti anno quinto venerabiles et discreti viri magistri
facultatis medicine parisiensis vocati per bidellum
juratum ut moris est ac etiam congregati parisius
in S.ti maturini Capitulo dicti loci in congregatione
facultatis ut dicebant ad ordinandum super quadam
discordia dudum mota in dicta facultate inter nationes
Picardorum et normannorum ex una parte, et
nationem Gallicorum ex altera super electione decani
et Examinatorum ejusdem facultatis ex eo quod dicte
nationes picardorum et normannorum asserebant
quod decanus et examinatores ante dicti debebant
fieri secundum formam statutorum inscriptorum
in libro facultatis memorate et juratorum ut dicebant,
videlicet quod decanus debebat eligi per quatuor
juniores magistros quatuor nationum scilicet Gal=
=licorum

licorum Picardorum normannorum et anglicorum presentes die et hora hujus modi Electionis celebrande, Si de quatuor dictis nationibus essent Supposita dicta hora et Si die et hora Supra dictis in una predictarum nationum Suppositum non haberetur tres alii de tribus nationibus magistri poterant Eligere decanum ipsi unanimiter concordantibus in unum Si autem de Duobus nationibus nulla esset presentia Supposita dicta hora magistri tunc presentes ordinarent Secundum quod. eis videretur expedire et natio Gallicana asserebat Se de consuetudine obtinere quod deffiiente natione aliqua ipsi debebat Supplere locum. illius ponendo unum intrantem. Loco illius, de Sua natione et quantum ad examinatores asserebant et dicebant dicte nationes picardorum et normannorum quod Electores examinatorum debebant Eligere quatuor magistros Sufficientes ad Examinandos scolares Volentes incipere cursus Suos non distinguendo nationes prout in libro Statutorum inquodam Statuto Super hoc confecto plenius continetur. et dicta natio Gallicana asserebat de consuetudine Se habere quod duo Examinatores Semper debebant esse de Sua natione ob hoc in mei notarii publici et Testium infra Scriptorum presencia personaliter constituti magistri facultatis Supra dicte in ad perpetuam rei memoriam et infra Scriptorum integraliter observantiam habita Super hoc deliberatione matura ordinaverunt in tunc modum videlicet quod duo magistri Eligerentur ex parte facultatis memorate vel dictarum nationum qui haberent potestatem terminandi Decani brigam Seu discordiam et ordinandi Super illa

non

non obstantibus Statutis vel consuetudinibus siqua vel que essent contraria vel contrarie quo quomodo Electores ponerent Eligere decanum ista vice et ordinare de modo Eligendi ipsum infuturum et etiam de modo eligendi examinatores in eadem facultate Sive hoc quod dicta Statuta vel con=suetudo possint in posterum contra eorum ordinationem allegari Si et in quantum contra illas vel illa ordinarent ad quod ordinandum et faciendum fuerint ordinati et Electi venerabiles et discreti viri magistri, Ebrardus de Conti, et Guibertus de felseto magistri in eadem facultate tunc regentes protestatione tamen prius facta et admissa a partibus utrobique quod dicta Electio duorum electorum ratione paritatis non prejudiceret alicui partium predic=torum nec alicui jus quereret vel quesitum conservaret quovis modo et data fuit eis potestas tractandi et ordinandi de discordia seu Briga supra dictis sicut superius est expressum et promiserunt omnes et singuli magistri memorate facultatis tunc presentes quorum nomina inferius sunt scripta per eorum juramenta fide michi publico notario infra scripto legitime stipulanti per eos super hoc tradita corporali dictam ordinationem dictorum duorum magistrorum super premissis facien=dam tenere ad implere integre firmiter et inviolabiliter perpetue observare sine oppositione contradictione ex=positione, et cavillatione quibus cumque et Ego Gervasius christiani actu Regens in eadem facultate notarius publicus super premissis requisitus quidem in manu venerabilis et discreti viri magistri Johannis de Couiaco tunc presentis et officium decani dicte facultatis Tanquam

antiquior

antiquior exercentis tenere ad jmplere et etiam observare
prout superius promisit super quibus premissis omnibus
et singulis a me publico notario infra scripto publicum
petitum fuit instrumentum acta fuerunt hec parisius
sicut, et ubi supra presentibus adhec venerabilibus et
discretis viris magistris Johanne de Couciaco adam 6 de
francovilla Bartholomeo Bonifeti Petro lupi 6 de
montibus, Johanne de autinodoro (Berthelelli) Ebrado
de Conte predicto, et nicolao de Savoneriis testibus ad
premissa vocatis specialiter et rogatis una cum ma=
gistris Guillermo orberi Dominico de claraxio, arnaldo
de Capella, Johanne de S.^{to} Trudone, hugone Tenovillete,
guillermo de Bosca et matheo Ricoul

Et plus bas est écrit

Ego Gervasius Christiani clericus Bajocensis
diocesis ante dictus sacri Romani jmperii aucto=
=ritate publicus notarius premissis omnibus et
singulis dum sic agerentur, ut prefertur una
cum eis prenominatis testibus presens fui ea que
sic fieri vidi et audivi et jn hanc formam publicam
Redegi aliis que negotiis occupatus per alium
scribi feci hic que nomem meum scripsi ac etiam
signum meum jn testimonium premissorum hinc
presenti publico jnstrumento apponi consuetum ro=
=gatus rasuram antea factam jnfine hujus vocabuli
maturini jn quarta linea aprincipio computando
existentis approbo sub signo et jllud vocabulum aliquo
undecima linea positum jn Rasura approbo sub

Signo

Signo Sicut prius ad majorem firmitatem, et a coté en le Signe de m^e. Gervais Chretien.

Decretum facultatis pro eligendi decani Modo 23. Decemb. 1357.

In nomine domini amen Super ea quod inter nationem gallicorum ex una parte et picardorum ac normanno=rum nationes ex altera in facultate medicine parisius constitutas de modo Eligendi decanum ipsius facultatis ac Examinatores Scolarium cursus Suos incipere Volentium in eadem Sub orta fuisset brige et discordie materia ad quas quidem cedandas pacificandas fine que debite terminando cetera que faciendo que exprauntur in quodam publico instrumento Sub Signo et Subscrip=tione discreti viri magistri Gervasii Christiani in dicta facultate actu Regentis publici imperiali autoritate notarii confecto plenius continetur venerabiles et discreti viri magistri Ebrardus de fonti et Guibertus de felseto magistri Regentes in dicta facultate fuissent ab eadem facultati Expresse et Specialiter deputati noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno a nativitate ejusdem domini millesimo tricentesimo quinquagesimo Septimo indic=tione undecima Secundum morem francie mensis decembris die vigesima tertia pontificatus Sanctissimi in cristo patris ac domini nostri domini innocentii divina providentia Pape Sexti anno quinto parisius

in

jn Capitulo S.ti maturini assistentibus jbidem venerabi=
libus et circum Spectis viris magistris adam de franco=
villa Bertholomeo Bonnetti petro lupi de montibus
Johanne de autissiodoro, (Berthelelli alias dauxerre)
Ebrardo de fonti nicolao de Savoneriis Guillelmo orberi,
Dominico de clavario Guyberto de felseto arnaldo de
capella Johanne de S.to trudone Hugone Tenoilleti dicte
facultatis magistris actu Regentibus vocatis per
bedellum juratum vt moris est ad Congregationem
dicte facultatis jbidem faciendam jpsam que Congre=
gationem jnibi facientibus et representantibus nostrum
que notariorum publicorum et testium jnfra Scripto=
rum presencia personaliter constituti dicti magistri
Ebrardus et guibertus virtute potestatis eisdem ab eadem
facultate attributa Super contentis jndicto jnstrumen=
to ordinaverunt decreverunt Seu decretum et ordinationem
Suas promulgaverunt jn modum qui Sequitur et
jnformam videlicet quod quoties cumque jnhora Elec=
tionis decani dicte facultatis faciende fuerint parisiis
magistri regentes jndicta facultate de qualibet natione
Scilicet gallicorum picardorum normannorum et
anglicorum vnus vel plures et jn loco vbi debebit
dicta Electio celebrari quatuor juniores hujus modi
magistrorum et nationum tunc in eadem electione
celebranda Existentes decanum predictum eligent modo
et forma Contentis in Statuto Super hujus modi Electi=
one decani Confecto jn libro Seu registro primo facultatis

annotato

amotato et Si de una vel duobus nationibus nullus
magister actu Regens in dicta facultate in loco et hora
Electionis hujus modi presens Extiterit decanus ipsius
facultatis qui tunc erit vel ejus Substitutus debite
constitutus de qualibet natione unum magistrum actu
regentem in ipsa facultate parisius et Existentem nomi=
nabit quem Sciet fore habilem et idoneum ad decanatus
hujus modi officium exercendum ad honorem et commo=
dum memorate facultatis et ille de istis nominatis qui
per deliberationem magistrorum ipsius facultatis et in
ipsa actu regentium in Electione hujus modi celebranda
existentium plures voces habebit erit decanus facultatis
Supra dicte quod Si duo vel tres istorum nominatorum
æqualitatem ac paritatem vocum habuerint inter ma=
gistros qui in congregatione in qua debebit hujus modi
decani Electio celebrari personaliter interesunt Sors ponetur
et ille Super quem Sors cadet vocem duorum habebit
et ille de istis nominatis cui iste qui vocem duorum
habet Suam vocem conmisit erit decanus et per decana=
num qui tunc erit decanus Concludatur. de Electione
vero Examinatorum predictorum ipsi Ebrardus et
Guibertus ordinaverunt in hanc modum Scilicet quod
duo juniores et duo antiquiores magistri nominate
facultatis actu parisius regentes in eadem in hora
Electionis et in congregatione quibus fiet Seu fieri
debebit hujus modi Examinatorum Electio Existentes
non distinguendo nationes Examinatores Eligent sicut
in Statuto Super Eadem Electione confecto et in libro

ipsius

ipsius facultatis seu registro contento et in scripto plenius dicitur contineri super quibus premissis omnibus et singulis a nobis notariis publicis infrascriptis dicta facultas et presertim dicti magistri Ebrardus et Guibertus publicum sibi fieri petierunt instrumentum acta fuerunt hæc parisiis, anno inditione mense die loco et pontificatu quibus supra presentibus ad hæc discretis viris magistris Gervasio Christiani, Ricardo mignoti publicis notariis Guillelmo de Bosco et mateo Ricoul dicte facultatis magistris Regentibus testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis

Et Ego Gervasius Christiani clericus Bajocensis diocesis ante dictus sacri Romani imperii authoritate publicus notarius atque regens in dicta facultate premissis omnibus et singulis, dum sic agerentur ut superius inscribuntur una cum notario infrascripto et testibus superius scriptis presens interfui eaque sic fieri vide et audivi signum que meum in testimonium premissorum hinc presenti publico instrumento super hoc confecto apposui consuetum rogatus. rasuram hujus dictionis quatuor in decima septima linea a superiori computando existentis et harum dictionum viris magistris Gervasio Christiani et Ricardo in fine ante penultimæ lineæ existentium approbo sub signo

At Ego Ricardus mignoti magistro in artibus Bajocensis diocesis publicus autoritate imperiali

notarius

notarius omnibus et singulis supra dictis per predictos magistros Ebrardum et Guibertum ordinatis una cum prenominatis testibus presens interfui presens que publicum instrumentum signo meo solito signari rogatus in testimonium veritatis omnium premissorum rasuras in verbis et lineis per magistrum gervasium christiani presentis instrumenti acti notarium ac probatas approbo volo que eas omni vitio et suspicione carere:

Declaratio Johannis Blancardi qua recognovit recepisse a decano pro deputatione ad curiam romanam pro Rotulo. — Die Sabbathi post Reminiscere 1360.

Universis presentes litteras inspecturis officialis parisiensis salutem in domino notum facimus quod coram nobis propter hoc personaliter constitutus venerabilis et discretus vir magister Johannes Blancardi magister in artibus et in medicina recognovit se habuisse et recepisse a venerabili et discreto viro Guiberto de Salteto decano facultatis medicorum parisius viginti duos regales auri de cuno nostri domini Johannis regis francie ratione et causa itineris faciendi ad Curiam Romanam cum Rotulo universitatis parisiensis pro communi et pro utilitate et profectu omnium magistrorum predicte universitatis et tanquam nuncius facultatis medicine specialiter deputatus de quibus viginti duobus Regalibus dictus magister Johannes Blancardi se tenuit coram nobis pro contento et quitavit dictum magistrum Guibertum et omnes alios quorum

interest

interess penitus et expresse datum anno domini mille=
simo CCC°. Lx°. die Sabbathi post Reminiscere Signé
Monchardi   Scellé sur simple queüe aux armes
de l'officialité.

Decretum officialitatis super questione mota
utrum licentiatus in medicina postea factus
Sacerdos possit doctorari — 9. Januarii 1363.

In nomine domini amen per hoc presens publicum
Instrumentum Cunctis pateat evidenter quod anno a
nativitate ejusdem millesimo trecentesimo sexagesimo
tertio secundum morem gallicanum indictione secunda
die nona mensis Januarii pontificatus Sanctissimi in
Cristo patris ac domini nostri, domini Urbani divina
providentia Pape quinti anno secundo facultati decreto=
rum ex precepto et mandato magne circumspectionis
viri magistri heberti de Sarcellis doctoris in decretis
decani dicte facultatis per magnum Bidellum juratum
dicte facultatis ut moris est sufficienter vocata et Con=
gregata in parqueto curie officialis parisiensis juxta gra=
dus qui ascendunt ad cameram dicti officialis super
questione mota per venerabilem et discretum virum ma=
gistrum petrum de montibus decanum medicine nomine
facultatis medicine et pro ipsa videlicet utrum licentiatus
in medicina postea factus sacerdos possit in eadem
facultate medicine incipere et doctorari cum secundum
Statuta et consuetudines dicte facultatis medicine In
Inceptione magistrorum ejusdem oporteat legere unam

Lectionem

lectionem et disputare unam questionem in capa nova de Bono quanno novo &c.ª prout plenius continetur in statutis dicte facultatis medicine deliberatum fuit concorditer ab omnibus doctoribus in dicta congregatione presentibus nullo reclamante et conclusum per predictum decanum facultatis decretorum inducentem et petentem vota et deliberationem magistrorum per ordinem videlicet quod sacerdos poterat et potest incipere legere et disputare et omnia facere tangentia actum inceptionis pro illa die non obstantibus statutis predictis quia illa lectio et disputatio non sunt nisi sequela gradus et honoris prehabiti et acquisiti nec talis lectio seu disputatio est ad docendum cum in hujus modi principiis veniant et sint sacerdotes et religiosi ad honorandum magistrum amicum suum quia paritatione vel majori rates audientes hujus modi lectionem erent excommunicati cum par vel major prohibitio sit audiendo medicinam sicut legendo quod nullus diceret juniores dixerunt quod alias tota facultas earum unaminiter hoc decreverat. in hac autem congregatione et deliberatione fuerunt magne discretionis et circum spectionis viri magistri hebertus decanus supra dictus johannes de fremeyio, johannes Galli, Thomas de mallo cantor parisiensis Thomas de Chesa magistri et doctores dicte facultatis presentibus adhuc venerabilibus et discretis viris magistris petro de montibus supra dicto decano in medicina Roberto de almagnia magistro in medicina, Guillelmo anglici licentiato in medicina quorum dictus magister petrus

nomine

nomine facultatis medicine et pro ea petiit a me notario publico infra scripto et presenti ibidem unum instrumentum fieri per modum predicti magistri et doctoribus levatis et existentibus. dictum parquetum predictus magister hebertus decanus dicte facultatis decretorum ad Requestam predictorum decani in medicina et magistri Roberti predicti protulit et duxit deliberationem predictam videlicet quod licentiatus in medicina postea factus Sacerdos potest incipere in medicina et doctorari ac facere omnia que et d illum actum pertinent pro illa die non obstantibus Statutis prout Superius est expressum Super quo predicti magistri in medicina petierunt a me notario Subscripto publicum instrumentum fieri acta fuerunt hec parisius Sub anno, die loco, mense, indictione et pontificatus predictis presentibus quo ad delibera=tionem et prolationem Servandam predicti Magistri heberti decani facultatis decretorum proferentis iterato deliberationi predicte facultatis modo et forma quibus immediate est Expressum Venerabilibus et discretis viris magistro Johanne Gartelli magistro in artibus Johanne de Dulleyo Scholare parisiensi laudunensis et ambianensis diocesis testibus ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis.

Et Ego Guillelmus Lamberti clericus Rothomagensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et Singulis una cum prenomi=

=natis

=natis testibus presens et personaliter interfui omnia et Singula audivi et in hanc publicam formam Redigendo propria manu Scripsi me Subscribendo Signetum meum Solitum apponi me subscribendo et Signavi rogatus in testimonium veritatis

Et audor eius levis

Instrumentum qualiter Sacerdotes Licentiati possunt incipere legere et disputare et omnia Tangentia actum inceptionis pro illa die incepti=
=onis facere

Compromissum facultatis quo Bachalarii promittunt medicinam non exercere nisi fuerint In presencia Trium magist. facultatis.

3. februarii 1375.

In nomine domini amen. per hoc presens publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno ejusdem domini millesimo Trecentesimo Septuagesimo quinto, inditione Tertia decima mensis februarii die Tertia, pontificatus Sanctissimi in cristo patris et domini nostri domini Gregorii divina providentia Pape undecimi anno VI. in mei notarii publici et testium infra Scriptorum presentia personaliter constituti Venerabiles et discreti viri magistri Thomas de s.^to Petro in artibus et medicina magister decanus pro tempore facultatis medicine actu Regens parisius ex una parte et Johannes comitis: Johannes de

Ruvino

Pruvino (de Provins) ac Nicolaus de Monasterio (du Moustier) magistri in artibus et Bachalarii in medicina ex altera idem Bachalarii consentientes et volentes insimul et quilibet eorum in Solidum ex unanimi Consensu juraverunt et Bonafide promiserunt habita licentia In facultate predicta non practicare usque ad unum annum videlicet infirmos visitando Seu officium practicale quemlibet exercendo nisi fuerint vel devenerint et ut quilibet ipsorum in Societate Seu presentia alicujus aut aliquorum magistrorum ipsorum quolibet antiquioris vel antiquorum in predicta facultate in practica approbati vel approbatorum promittentes nichilominus idem consentientes et quilibet eorum michi notario Infra Scripto promissa omnia et Singula prout superius Sunt expressa eaque Tenere observare integre et fideliter ad implere volentes et consentientes ut Supradicto magistro Thomæ predicte facultatis decano adhec presenti et petenti Super premissis omnibus et Singulis Conficerem instrumentum, acta fuerunt hec parisius in domo Collegii Scolaris Theologie de Sorbona, anno die mense loco indictione pontificatus predictis presentibus et adhec Venerabilibus viris Thoma de Voyenna, Henrico de Kemo in medicina magistris Testibus ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis.

Et Ego Johannes Tourgis Ebroicensis diocesis auctoritate apostolica notarius publicus dum supra Scripta Sic fierent et agerentur prout Supra Scripta Sunt, una cum Testibus Superius nominatis presens interfui eaque Scripsi publicavi et in hanc publicam formam

formam redegi hinc que publico instrumento Signum meum apponi consuetum in Testimonium veritatis requisitus et Rogatus.

Accepti latio pro legatione ad Curiam Romanam 1378.

Ego Walterus de Delf procurator magistri henrici de chemi ad recipiendum et quittandum debita &c. confiteor recepisse a venerabili et discreto viro m. Johanni Chertoy decano facultatis medicine pro et nomine dicte facultatis Summam quinquagentarum francorum regalium debitorum predicto m. henrico occasione certe legationis Si in cujus rei Testimonium hanc Cedulam propria manu Scripsi presentibus venerabilibus et discretis viris magistris Thoma de Voyenna et Johannes de Marla* datum die Septima mensis junii anni Septugentisimi octavi.

* par vn acte clam a la Bibliotheque du Roy il en qualifié en 1583, honorable et discrete personne m.e Jean de marle Phisicien du Roy.

Decretum facultatis Die 24. maii 1379.

In nomine domini amen per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat Evidenter quod anno Ejusdem domini millesimo Trecentesimo Septuagesimo nono die vicesima quarta mensis maii hora pulsationis prime beate marie parisius indictione Secunda pontificatus Sanctissimi in cristo patris ac domini nostri domini clementis divina providentia Pape Septimi anno primo universitate magistrorum regentium et non Regentium ad Congregationem ejusdem universitatis congregatorum et per juramentum Convocatorum in Capitulo S.ti Bernardi

parisius

Parisius per venerabilem et discretum virum magistrum
Johannem de Stralem tunc dicte universitatis rectorem
super quibus dam articulis factam quorum primus
articulus erat super Responsione danda domino
nostro francorum regi super quibus dam litteris et
earum continentiis dicte universitati directis super
facto electionis dicti domini nostri Clementis et intru=
sione Bartholomei quondam Barensis archiepiscopi
positis que in dictis litteris contentis in deliberatione
dicte universitatis per dictum Rectorem requisitis
quod per dictum Rectorem omnibus et singulis magis=
tris cujus cumque facultatis per eorum juramenta
quantum ipsi magistri super eisdem litteris delibera=
rent, post positis quibus cumque favoribus amici=
ciis inimiciciis, odiis motivis seu deliberationibus
particularibus quibus cumque facultatibus et natio=
nibus ad partem sub tractis et moris ad deliberationes
suas colligendas facultate medicine per venerabilem
virum magistrum Johannem de Bellomonte decanum
dicte facultatis medicine ad partem convocata inqua
facultate fuerunt venerabiles et discreti viri magistri
Johannes de Guistri Errardus de fontiaco, Gervasius
Chrispiani, Gubertus de Celseto. Hugo Lenoullet, Johan=
nes de Marla, Herveus quevenercci Thomas de Noyenna,
Petrus Belliardi, Guillelmus de Ostreselle, Johannes
Charton, Johannes Saffrey, Johannes de Bellomonte
decanus dicte facultatis; nicolaus de Bliris,

Johannes

Johannes de Pouligniaco, Johannes Croisati, Guido Guerini, Petrus Bocheti et Radulphus de Herbis magistri in medicina ipsis que expositis per dictum decanum in deliberatione predicti rectoris positis dictus decanus ipsos omnes et singulos requisivit ut secundum posita deliberarent qui omnes et singuli deliberaverunt nullo penitus reclamante seu contradicente videlicet quod domino nostro domino Clementi tanquam sacro sancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifice volebant adherere et ei toto posse obedire et istam deliberationem firmam et irretractabilem volebant esse mansuram nullam que super eadem in futurum dubietatem habere nec non et eamdem deliberationem toti mundo fore publicam nec amplius super hoc per dictum rectorem volebant vocari. Super quibus omnibus et singulis idem decanus petiit a me notario publico sibi fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta unum vel plura; acta fuerunt hec parisius sub anno die mense hora loco indictione et pontificatus predictis presentibus ad hec venerabilibus viris Jacobo fourrarii principali Bedello facultatis Johanne de Revella principali Bedello universitatis cum pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis.

Et plurbas en lein

Et Ego Johannes d'auton clericus de Parisius publicus auctoritate

auctoritate apostolica et imperiali ac universitatis parisiensis notarius premissis omnibus et singulis dum sic agerentur et fierent una cum dictis testibus presens interfui et ea sic fieri vidi et audivi manuque mea propria scripsi et in hanc publicam formam redigi signo que meo solito apponi requisitus et rogatus in testimonium premissorum.

Et audos en leris

Instrumentum qualiter facultas medicine se determinavit pro domino Pape Clemente VII.

Instrumentum notarii apostolici ac decretum facultatis pro abolenda facti-tandae medicine norma vulgo dicta Escarmouche 22. Martii 1392. Godefredo Parvi de Varenis decano.

In nomine domini amen. per hoc presens verum et publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et notum sit quod anno . ejusdem domini millesimo Tricentesimo nonagesimo secundo indictione prima mensis martii die vicesima secunda pontificatus sanctissimi in christo patris ac domini nostri domini Clementis divina providentia pape septimi anno quinto decimo propter hoc personaliter constitutus magne discretionis ac prudentie vir Magister Godefridus parvi de varennis magister in artibus et in medicina parisius actu Regens in dicta facultate medicine

ac

ac magistrorum Reverendorum regentium et non regentium in medicina infra Scriptorum et per juramenta Sua vocatorum et Sub omni pena ac cum cedula et pro secunda vice ad Statuendum et dispensandum Si opus Sit et super quibus dam aliis in presencia mei notarii publici Subscripti reverendorum que magistrorum ac Testium Subscriptorum dictus dominus decanus nomine decani facultatis medicine narravit et retulit et ad memoriam reduxit quo modo nomine qua Supra ipse alias videlicet ex mo indictione pontificatus quibus Supra prefati mensis martii die octava fecit vocari magistros regentes, et non Regentes et per juramenta ipsorum ad Congregationem Sine cedula in Capitulo S.ti maturini parisius ubi Consuetum est ipsam facultatem convenire Super aliquibus tangentibus et concernentibus honorem dicte facultis medicine et ad Statuendum Si opus esset ac ulterius die date presentis instrumenti fecit magistros dicte facultatis medicine regentes et non regentes Solempniter vocari cum cedula et Sub omni pena et pro Secunda vice ad Statuendum et dispensandum Si opus esset in qua congregatione ipse requisivit a quolibet magistro infra Scripto votum intentionem et deliberationem ac opinionem Super infra Scripta Statuenda Successive Secundum quod in Talibus moris est ac fieri consuetum quorum magistrorum votis intentionibus deliberationibus et opinionibus per ipsum decanum prout ex officio Suo interest in unum Recollectis dictus dominus decanus ex deliberatione majoris et Sanioris partis magistrorum in dicta Congregatione Existentium ut asserint nomine decani et facultatis medicine

ac

ac tam Conjunctim quam divisim per modum Statuti virtute deliberationis dictorum magistrorum ibi existentium et inferius Subscriptorum et pro Secunda vice conclusit quod pratica medicinalis Expectatoria et vulgariter nuncupata Escarmouche que cotidie exercetur ultra pontes parisius in domo duorum fratrum Sita in vico S.^ti Dionisii faciente unum Conum vici tablatorie et in domo eidem domui duorum fratrum opposita que facit alterum conum dicti vici tablatorie et in eodem vico S.^ti Dionisii aboleatur de facto que pratica de facto est in vituperium infamiam vilitatem dedecus et detrimentum totius facultatis medicine et Singulorum Suppositorum ejusdem facultatis ipsam que praticam Suprascriptam dictus dominus decanus nomine quo Supra abolitam esse decrevit ac per modum Statuti ipsam de facto et realiter abolitam esse conclusit. Super quibus omnibus et singulis dictus dominus decanus nomine decani et facultatis tam conjunctim quam divisim ac nomine privato et nomine omnium et Singulorum quorum interest et intererit aut qui Sunt interesse putaverint seu crediderint quomodo libet in futurum petiit a me notario publico Subscripto Sibi fieri unum et plura publica originalia instrumenta personas astantes invocando in testes acta fuerunt hec parisius Sub anno indictione mense die pontificatus quibus Supra in Capitulo S.^ti maturini in dicta Congregatione hora quasi nona ante meridiem presentibus venerabilibus et discretis viris magistris et dominis reverendis Thomas de S.^to Petro Cancellario Bajocensi Canonico que parisiensi Guillermo Carnificis Johanne de Bellomonte

Radulpho

Radulpho de harbin, Petro varelli, Petro de Auromo, thoma Blanchechappe, Johanne Wignon, alberico divitis, Johanne Richardi, Johanne Comitis, Johanne Salicii, Johanne de Probomiono, Johanne Leporis, Thoma Lemange, Petro miote, Guillermo de Senonis, Johanne Parvi, henrico Pelati, et Johanne Conrardi, in facultate medicine, magistri ipsam que facultatem medicine constituentibus et in personis suis ipsam Representantibus Johanne de pontauber, clerico principali Bedello dicte facultatis medicine, et Johanne Dany, Subbedello ejusdem testibus ad premissa vocatis Specialiter et Rogatis.

Et plus bas est écrit

Et Ego Johannes Cardonis de Craona presbiter magister in artibus Laudunensis diocesis publicus auctoritate apostolica ac imperiali notarius qui premissis omnibus et Singulis una cum prenominatis testibus presens ac personaliter interfui omnia que et Singula premissa dum et prout Supra Scribuntur agerentur et fierent Sic fieri vidi audivi et inspexi ideirco hinc presenti publico instrumento exinde per me confecto manu que mea propria Scripto Signum meum Solitum hic me etiam Subscribendo apposui Requisitus et Rogatus in testimonium veritatis et premissorum.

Quittance du Doyen de la faculté du dernier avril 1397. par laquelle il reconnoit avoir reçu de venerable et discret homme Mᵉ. Guillaume Carnificis mᵉ. ez arts et en medecine actuellement Regent la Somme de 48. francorum auri de Cuno Regis Suo laquelle ledit Mᵉ.

a engagé 2. livres totum Continens et les Concordances de St. flour lesquels livres il avoit deja engagés pour la somme de XXVIII. francs jl fait apposer le Seel de la faculté et Sans Signature; le Seel est Rompu.

Expensa a legatis In legatione ad Curiam Romanam pro duobus diebus

Die Sabathi ante pentecoustes . . . d.

pisis et Buturo . . . . iii.

pane . . . . 3. d.

Butiro . . . . iiij.

Vino a Septo . . . . . . ij.

ovis et mouletis . . . . . xvj. d.

Sinapio . . . . j. d.

Cassibus . . . . . . iij. viij.

Carnibus . . . . . . iij. x.

Salé et Candela . . . . . . lij.

en vn oison, et deux poussins . . . iiij.

Die Dominica. . d.

poreta . . . . j.

en balois . . . . . . iiij.

Sue et ausella . . . . . . ij.

en vne Tarte . . . . . . iiij.

In Cerbis . . . . ij.

Sue . . . . j.

Vino a Cepto et Sale albo . . . . ij.

Alia Instumenta de quibus mentio In Primo Codice facultatis nec non jn Secundo.

Ab Anno 1395. Ad Annum 1441.



Instructiones pro legatis Romam missis pro Rotulo

Primo dignetur Sanctitas vestra presentem Rotulum et contenta in eodem Solito Clementie ejusdem Sanctitatis more Benigne recipere et deffectus Tam juris quam facti aut ignorancie misericorditer Supplere, Item dignetur vestra Sanctitas magistris et graduatis in isto Rotulo Contentis Concedere facultatem Eligendi Confessorem unum vel plures Simul vel Successive qui possit eos absolvere ab omnibus peccatis Suis ac Etiam plenam indulgentiam Semel in mortis articulo eis valeat Concedere quod Etiam dicti magistri et graduati possint dicere Servicium divinum ad unum Romane Ecclesie vel parisiensis vel alterius beneficiorum Suorum; Item cum tempore Retro acto Proh dolor plus fuerit personis quam Beneficiis provisum adeo quod ipsa universitas de paucis personis litteratis et graduatis fuerit provisum in grave ipsorum beneficiorum dampnum et Salutem animarum periculum quod dicti magistri in 1°. Rotulo contenti quibus vis aliis gracias expectativas habentibus etiam Rotulo principali familiorum vestrorum Commensalium domesticorum Continuorum ac in posterum quascumque gratias rotularum aut particulares habituras cujus cumque Status dignitatis aut familiaritatis etiam Si littere imperiales aut Regales existant In assecutione Ecclesiasticorum beneficiorum Cadentium Sub ipsorum graciis preferentur atque prerogativas habeant ac Si in ipso familiorum vestrorum Rotulo et Sub ipsis Data gratias Suas etiam Si in gratiis Suis Sint creati canonici

canonici dominis Cardinalibus Vestris famulibus domesticis et actu continue commensalibus atque dominorum Cardi=
nalium magis vel equaliter graduatis duntaxat Exceptis.
Item quod si quis ante graciam factam de hoc rotulo
habeat unum beneficium jnompatibile etiam si Cura=
tum existat et postea virtute gratie assequatur aliud
beneficium jnnompatibile habeat facultatem permuta=
tandi alterum jllorum quod maluerit infra bienium
absque hoc quod gratia expiret. Item quod nomina=
tiones tam legatorum quam prelatorum et quorum=
cumque aliorum collatorum vel collatricum resignati=
ones litterae facultatis ante ferri remanet Nullo
modo prejudicent in hoc Rotulo inscriptionis ymo
omnes jnscripti dictis preferantur nominationibus
et Resignationibus. Item quod jlli reputentur
presentes quod universitas reputat presentes et
non alii et quod omnibus absentibus preferantur
quod que absentes gaudeant omnibus prerogativis
presentium sine tamen presentium prejudicio. Item
quod magistri predicti quibus concedetur gratia ad
Collationem episcopi archiepiscopi decani et capituli
Etiam cum cura vel sine cura etiam si canonicus
prebenda dignitas personatus administratio vel
officium in Ecclesia cathedrali aut Collegiata
existat acceptando prebenda possit cum hoc vigore
Cujus gratie dignitatem personatum aut administrati=
onem seu officium assequi si etiam simul vel successive

vocaverint

vocaverint Sive in eadem Ecclesia Sive in diversis dummodo tamen ad eundem collationem etiam pertineant. —
Item quum tempore date per eamdem Sanctitatem vestram in dicto Supplicationibus ut Speramus Nos nulli de magistris in dicto rotulo positi magistri vel aliter in aliis facultatibus graduati vel promoti presbiteri aut in aliis ordinibus constituti minime fuissent prout tempore presentationis prefati Rotuli Sunt digne tur Eminentissima Sanctitati vestre gracias eis concessas aut in dicto Rotulo Concedendas decernere proinde valere ac Si tempore date fuissent in eisdem gradibus Seu ordinibus aut promotionibus constituti prout Sunt Tempore presentationis ejusdem pro hujus modi tunc gradum acquisitum non prejudicem magistris nunc magis graduatis in presenti rotulo contentis qui presentes per universitatem reputantur. Item Si aliqui in dicto Rotulo contenti virtute permutationis nominationis vel alias detrahuerint aliquod beneficium inter creationem Sanctitatis vestra et Signationem dicti de quo in Suis Supplicationibus mentio non habeatur quod propter hoc gracie Sue non Sint invalide; Item quod Si quis ad aliquam Collationem petiverit postea Sibi liceat Si velit ad aliam collationem litteras facere expediri in Cancellaria sine nova Supplicatione. Item dignetur Eminentissima Sua Sanctitas cum non habentibus etatem debitam detribus annis dispensare. Item quod Littere Expediantur

Ad

ad duas Collationes et duo beneficia. Item quod in singulis facultatibus et nationibus ordo Rotuli et in Rotulatorum servetur Ceteris paribus non obstante qua cumque diligentia in suorum processuum fulminatione non etiam obstante quadam specialitate supplendi ita quod unus graduatus vel junior supplicans sub expectatione prebende nullo modo pro hoc magis graduato vel antiquiori ad eamdem Collationem generalius supplicanti Etiam si dictus junior habeat processum suum promptius expeditum. Item Cum Regnum francie inter alia plures universitates solempnes atque magis populate habeat quibus minus provisum est videretur et Rationabile quod S. S. V. decerneret Conformiter ad jus commune quod nullus extraneus recipiatur in Regno nisi saltem in altero Studiorum Regni Graduatus fuerit quod si et aliquis non graduatus in predictis Studiis recepiatur dignetur Eminentissima Sanctitas vestra Concedere quod magistros in presenti rotulo scriptis in nullo noceat Etiam cujus cumque status gradus Conditionis aut familiaritatis existat. Item quod gratie in hoc rotulo concedente vigorem habeant et se extendant ad qua cumque beneficia que de jure communi non sunt reservata Item dignetur Sanctitas vestra quod Religiosi cujus cumque monasterialium et aliarum regularium ordinum magistri in Theologia vel in aliis facultatibus videlicet in decretis medicina et artibus in presenti rotulo in scripti gaudeant gratiis Expectativis ad qua cumque beneficia et officia regularia et Etiam omnibus prerogativis quibus Gaudebunt

magistri

magistri Seculares in simili gradu constituti. Item et si Sanctitas vestra hactenus concessit vel in futurum concedat plures aut una ad duo vel plura beneficia alicui persone vel aliquibus personis cujus cumque status gradus dignitatis familiaritatis continentia vel alterius etiam si vel aliorum quorum cumque existat dignetur Eminentissima S. V. quod non quam tali persone in virtute alterius suarum graciarum aut de uno beneficio fuerit provisum cetere gratie ac etiam quo ad aliud vel alia beneficia ceteris magistris in presenti rotulo contentis nullo modo prejudicent; Item quod predicte prerogative fiant cum decreto et sub bulla et per modum constitutionis ut faciant fidem in judicio et extra in Curia romana et extra et adhibeatur vidimus sicut originalibus litteris.

Responsiones Beatissimi domini Nostri Domini alexandri divina providentia Pape V. ad articulos datos super prerogativis in Rotulo universitatis

Parisiensis petitis hec inferius subsequuntur; et ad primum concessum de utroque et qui voluerint litteras ad partem habebunt; ad 2.dum concessum; ad tertium concessum quod in confectione Bullarum suppleatur per Cancellariam, ad 4.um et 5.um simul conceditur data 12. julii pro omnibus cum prerogativis familiarum domini nostri, ad 6.um concessum est in 4.o et 5.o articulis, et ad 7.um dominus noster nulli dat clausulam .. ante ferri ex quo

non

non cadit responsio, ad 8. concessum quo ad primam partem quod habeant ad duas collationes et ad unum beneficium quo ad 2.^{am} concessum et quo ad 3.^{am} respondetur in articulo 23, ad 9.um data est in 4.° et 5.° data Coronationis nec datur clausula anteferri ex quo non Cadit hic responsio; ad 10.um concessum Salva collatione dicti domini nostri pape si faciant sibi infra tempus Debitum provideri; ad 11.um Jamdictum est quod clausulara de anteferri dominus noster nulli concedit; ad 12.um concessum quod predicte facultates non prejudicent illis quos universitas reputas presentes quo ad assecutionem dicti beneficii; ad 13.^{am} concessum pro magistris licentiatis et Bactalariis in Theologia doctoribus et Licentiatis in jure ac pro magistris in medicina; ad 14.^{am} concessum Stilo Cancellarie alias observato; a 15. concessum; ad 16. concessum quod in confectione bullarum ponit exprimere absque alia Reformatione, vel detur eis provide valere; ad 17.um concessum Sine prejudicio 3.^{tii}, ad 18 dominus noster non est usus nec intendit uti Reservationibus quod eis prejudicent
ad 19.um concessum quod in confectione litterarum ponit suppleri si fuerit obmissum et quod virtute . . .
. . . beneficia vacantia ad collationem &
Collatorum per ipsas Electorum sive sint in
ad 20.um non est concessum
ad 21.um concessum
ad 22. concessum quo ad primam partem de 2.^{a} parte

pro=

providebit papa dum . . . .
Ad 23. concessum est de duabus ecclesie
ad annum tamen
ad 24. et 25. provisum est sufficienter in 8°. articulo
ad 26. concessum quod fiat moderatio secundum
statum et conditiones personarum
ad 27. concessum quod sub littera testimoniali vice
cancellarii facta prius una Bulla
ad 28. Concessum
ad 29. non est concessum quia indiget magna delibe=
ratione
ad 30. concessum
ad 31. nunquam fuit factum et nuper quam decla=
ratum est contra Cardinales legatos
ad 32. concessum dum modo nisi tempore debito &c.
ad 33. concessum
ad 34. concessum quod serventur taxe domini Johan=
nis 22. et pro pauperibus fuit liberaliter gratis predeo.
ad 35. concessum
ad 36. concessum salvo jure communi
ad 37. concessum
ad 38. concessum
ad 39. concessum quod servetur tenor Extravagantie
predicte
ad 40. concessum quod non possit recipi nisi secundum
jus commune et laudabilem consuetudinem alias appro=
batam & prescriptam

Ad

Ad 41. provisum est sufficienter in octavo articulo quia ego laboro pro facultate et pro magistro de B. quod servetur in jura mea birretorum et cirothecarum

. . . assiare in mittendo propter illa quod ego ex pono pro facultate.

Litteræ Sacræ Legatorum ad Curiam Romanam pro Rotulo 1410. ad Papam Alexandrum Quintum

Preclari ac venerabiles domini et magistri. nos legati pro parte vestra Curiam Romanam destinati scribimus matri nostre universitati parisiensi jntum modum venerabiles &c.a postquam vestris circumspectionibus gestorum in legatione pro qua missi sumus ex ordo significavimus ordinem et processum ea que post hec maximis et continuis laboribus acta fuerunt vobis significare curavimus pro posterius expliciandis veritas non est quod post acta que vobis scripsimus jam diu est ad dominum nostrum accessimus supplicantes quatenus nos celeriter expedire dignaretur qui per visitationem nostrarum articulorum communium nobis dedit commissarios qui diu ac solicite visitaverunt eos et tandiu quod fecerant domino nostro retulerint que facta relatione eos aliquos et majorem partem concessit reliquos negavit et alios moderavit dedit que protunc nobis datam de VIII.o jdus julii sed quia moderatio et denegationes predicte nobis non placuerint quoniam

nostris

nostris instructionibus Contrarie videbantur appunctuamen=
tum illud recipere nolumus quare ad modum alium in=
veniendum Suam diligentiam convertetur eos videlicet die=
bus Singulis visitaremus tediose occurentibus tamen
materiis arduis conclusionem aliquam obtinere nequivi=
mus nec lapsa tempore bene magno quo Continue venerunt
impedimenta plurima nam rotuli affluebant. Rotuli domi=
norum et etiam Studiorum quod difficile videbatur nostre
matri et aliis Singulis providere intebantur maxime aure=
lianenses andegavenses, et alii plurimi precedere matrem
nostram Saltem quo ad partem ipsius que concernit
magistros in artibus alias non Graduatos Sidominus
noster qui paterno diligit amore matrem nostram Sepe
fuit ipsius optimus advocatus et nos res potuimus Res=
titimus eidem et infacie et ad partem Conclusio et autem
predictos comminarios ordinata domino nostro relata
nonplacuit quum ex modo illo nimia insufficientium
hominum multitudo familiarum et aliorum universita=
tum proveniret voluit igitur dominus noster persemodum
alium universitati propitium invenire Si cum ut id ad
Effectum deducere vellet prosequi Sollicite Conaremur
eundem dominum nostrum invasit infirmitas que maxi=
mam Expeditionem multis diebus impediuntur eandem
Tamen cum equalitate convaluit liberatus Ex quo prater
nostrum Rotulum et articulos expedivit data Coronationis
Sue hoc est de data non julii cum prerogativis Suorum
familiarum Signationes autem articulorum presentibus
vobis mittimus interclusas pareatis igitur nobis domini
Carissimi petiti Si vobis ante adeptionem hujus Conclusionis

pon

non possimus scribere qu'um licet diu est de appunctua=
mento secundo vobis litteras mittendas scripsissemus
tamen antequam darentur nuncio nova suscepimus
quod ad virata per comminatione eram per dominum
nostrum penitus ad nullata sic que eas non minimus
super dubio vel incerto in spe obtentus conclusionis
melioris superius explicite quam obtinuimus, domino
concedente nichil tamen adhuc obtinuimus particula=
riter pro nobis sperabamus tamen obtinere abbatiam
S.ti petri super divam pro magistro Guillelmo de B. Cotor
collega nostro cujus sufficientiam novitis et merita et
qui pro vobis expensis propriis militavit et militat =
incessanter si nostre matris littere que pro alio transmis=
sis ei maximum dederit nocumentum credimus tamen
indubie piam matrem hec non fecisse ex intentione no=
cendi suo filio quem prosse miserat ad curiam quia sin=
gulorum filiorum suorum promotionem desiderat parti=
cularitur et etiam in communi facile condescendit votis
supplicantium pro suo filio tunc presenti et retinam =
littere nostre matris collegam nostrum propitius com=
mendasset et tunc alium quum in casu quo aliunde dicto
magistro guillelmo non fuisset provisum supplicamus
ergo pie matri quatenus nos absentes ac si presentes
essemus habeas commendatos neque in nostrarum promo=
tionum protelationem facile condescendas preterea vene=
rabiles domini quia dominus noster singularis est
affectionis, ad universitatem matrem nostram nec ab ejus
dilectione diverti potuit ab emulis quinquam a suggere=
rentur appellationes et novitates que ab universitate processis=
se dicebantur in sue prejudicium sanctitatis expedienter nobis

visum

visum est quod mater nostra universitas ei regratietur
per litteras eidem celeriter destinendo, et ut etiam gracie
quam nostre matri convenit stabiliori continuarentur fir=
mitate congruum videtur scribere cardinalibus singulis
et toti collegio regratiando eisdem bullas articulorum
communium levare eas nobiscum por=
tatum sed pecunie nobis desunt sine quibus factum nihil
quare celeriter super hiis scribere velitis cum effectu
cetera que restant de persecutione exemptionis universitatis
de confirmatione privilegiorum et
ad nullatione Bulla mediantium viriliter domino con=
cedere prosequemur personas vestras nobis venerandas
conservare dignetur et votive
emulos habemus et servos propter gratiam factam uni=
versitati matri nostre insurgunt nec abreviatores commis=
sarii servitores cardinalis
et studiorum et alii muneri quod si dominus non presti=
terit sint stabit et domini cardinales
non sint nobis positive contrarii
quo circa peculari veri minus male quam potui laboravi
pro parte nostra pro
facultate viriliter intendo laborare usque ad extremum
quod potuero pro honore et utilitate facultatis per
litteris . . communicabo supplico insuper personam meam
quamvis indignam eisdem dominationibus fore recom=
mendatam malum
et capite discooperto stare et per almaniam cum circo=
letus propter nives qui
in fortioribus septuaginta annis amplius labor et dolor
altissimus feliciter

cum

cum augmento honoris et honestatis Scriptum Bononia sicesima

cette lettre Souscritte

Preclarissimis ac jmmanse profunditatis Scientie viris decano ceteris que doctoribus et magistris facultatis medicine universitatis parisiensis dominis et magistris meis metuendis.

La fin de cette lettre est dechirée ce qui occasionne les Blancs.

Instrumenti protestationis jn nominatione Legatorum jn Curia Romana
24. 1408.

Jn nomine domini amen noverint universi presens publicum jnstrumentum jnspecturi quod anno Ejusdem domini millesimo quadringentesimo octavo jndictione secunda mensis februarii die vicesima quarta ab Electione petri de luna ultimo jn papam Electi qui dudum Benedictus decimus tertius nominabatur anno decimo quinto jn congregatione generali almæ matris universitatis parisiensis magistrorum et doctorum jn facultatibus Theologie decretorum medicine et artium regentium et non Regentium prefatam universitatem constituentium constituentium et Jn jpsorum personis representantium per sua juramenta apud Ecclesiam seu monasterium Sancti maturini parisius de mane ante prandium jllius diei super

pluribus

pluribus articulis per venerabilem et discretum virum magistrum Johannem Warini universitatis prefate rectorem expositis et in deliberationem positis inter quos unus erat de Supplicationibus et injuriis Super quo articulo inter Supplicationes quam plurimas venerabilis et discretus vir magister Johannes petri magister in artibus et medicina ac Scolaris parisius Studens quandam Supplicationem Exposuit dicens quod cum alias venerabilis vir magister henricus d'oigny magister in artibus et medicina actu regens parisius in facultate medicine fuisset electus in nuncium pro facultate medicine pro eundo ad consilium pisanum pro unione Sancte matris ecclesie habenda qui quidem magister henricus non potens nec quepossset arripere hujus modi Concilium propter plura negotia Tangentia eundem magistrum henricum intiis partibus Supplicans et requirens eidem universitati ut eum vellent admittere et Eligere in nuncio in loco Sui qua Supplicatione audita ut premittitur Et alliis pluribus nec non articulis per dictum dominum rectorem ut predictum est expositis et in deliberatione positis omnes et Singuli magistri et doctores qui jbidem erant Se ad Sua loca Solita ut moris est pro deliberando maturius in premissis Retraxerunt et matura longaque inter eos deliberatione prehabita ad Locum priorem regressi Sunt et jbidem ex facultatibus Theologie decretorum medicine et nationum francie, Picardie, normanie, et anglie, deliberationibus per decanos et procuratores facultatum et nationum ante dictarum redditis et relatis Conclusit dictus dominus rector concorditer inter ceterum dictam

dictam Supplicationem esse fore concenam quibus sic factis decanus facultatis medicine protestatus fuit quod Ista conclusio non sint nec est facta in prejudicium regentium facultatis medicine in futurum de et Super quibus omnibus et Singulis Supra Scriptis prefatus decanus facultatis medicine a me notario publico Subscripto sibi fieri petiit publicum instrumentum acta fuerunt Istec parisius in Capitulo monasterii predicti Sancti maturini Sub anno indictione mense die et electione predictis presentibus

audessous en lire

Et Ego Johannes Testardi clericus Rothomagensis diocesis publicus apostolica autoritate notarius quia premissis omnibus et Singulis dum Sic ut Supra Scribuntur agerentur dicerentur et per dictum dominum Rectorem et concluderentur ac fierent una cum prenominatis testibus presens fui Eaque Sic fieri vidi et audivi ideo hinc presenti publico instrumento manu aliena Scripto me aliis occupato negotiis Signum meum Solitum et consuetum hic me propria manu Subscriptum apponi in testimonium veritatis premissorum requisitus.

Decretum facultatis quo magister Petrus Cardonel, legatus ad curiam Romanam, reputatur regens, et Tanquam presens. A.o 1409.

Universis presentes litteras inspecturis decanus et Collegium facultatis medicine alme universitatis Studii parisiensis Salutem in domino Sempiternam, notum facimus quod cum

cum dudum videlicet de anno Domini millesimo quadra=
gentesimo nono ipsa universitas et nos discretum virum
magistrum petrum Cardonelli in artibus et in medicina
magistrum ad Sedem apostolicam Romanam Romam
pro non nullis arduis negotiis eamdem universitatem
et nos tangentibus tanquam nuncium et ambaxiatorem
nostrum una cum quibus dam Suis in hanc parte Collegis
duximus destinandos hinc est quod nos eundem magis=
trum Petrum tunc in curia Romana pro dictis negotiis
universitatem et nos Tangentibus Tanquam presentem
et actu Regentem in dicta facultate medicine per dictum
annum quadringentesimum nonum et etiam per ann=
um quadringentesimum decimum dicta absencia non
obstante declaravimus et Reputavimus ac Tenore
presencium ipsum presentem et actu Regentem in
eadem facultate declaramus et reputamus prout de
adhuc de die in diem legendo lectiones Continue in pre=
dicta facultate regis ipsum que magistrum petrum
tam prerogativis a domino nostro johanne Papa vicesimo
Tertio doctoribus et magistris in Rotulo nostro descriptis
quos presentes ipsa universitas et nos reputamus Con=
cessis quam etiam prerogativis quibus ceteri magistri
Continue regentes in Sepedicta facultate medicine
fruuntur et gaudent potiri et gaudere volumus et ipsum
tatem et pro tali approbamus in cujus rei . .

Le Surplus manque il paroit que ce n'est qu'un
projet du decret accordé à Pierre Cardonel .

Declaratio

Declaratio facultatis qua recepit Causa mutui, Summa &c.

Cum universi fidei Catholica cultores tam naturali equitate quam divina legis precepto sint astricti ut fidele Testimonium perhibeant veritati multo magis convenit ut viri Scolastici diversarum scientiarum professores qui veritatem in omnibus scrutantur et in ea alios informant et instruunt ut sit nec odio nec amore aut alia qua cumque occasione devient a Rectitudine veritatis et Rationis hinc est quod nos in hac parte veritati testimonium perhibere cupientes omnibus et singulis tenore presentium

apocha mgi. Boucherii pro accepta primum Ratione mutui

Noverint universi quod nos decanus et facultas medicine Studii parisiensis recipimus causa mutui Summa Trigenta francorum auri de cugno Regis propter solvendo magistro Guillelmo Boucherii de Saigniaco quadraginta octo francorum cui obligabatur in predicta Summa a venerabili et discreto magistro Johanne Leporis actu Regente archidiacono de monte forti in ecclesia Cenomanensis et eidem magistro Johanni &c., il est question de 2. livres que l'on met engager entre ses mains.

apocha altera ratione mutui 24. martii 1410.

Noverint universi quod Ego Guillelmus Boucherii de Savigniaco magister in artibus et in medicina et actu

regens

regens parisius in facultate medicine confiteor et Certifico
omnibus quorum interest me habuisse et recepisse
a venerabili facultate predicti medicine matre mea
per manum yvonis levis tunc decani predicte facul=
tatis et per manus deputatorum ejusdem videlicet
magistri Guillelmi de Camera*, magistri Johannis
Comitis, magistri guillelmi nepotis Summam, qua=
draginta octo francorum auri de cuno regis Scilicet
XVIII. francos per manus magistri yvonis levis tunc
decani et trigenta francos per manus magistri Johan=
nis Leporis inqua Somma facultas predicta michi
obligabatur ratione quorumdam mutuorum per me
Temporibus retro actis predicte facultate factorum
Sicut apparuit per quamdam cedulam in pergameno
Scriptam cui cedule. Sigillum magnum predicte facul=
tatis medicine erat affixum et predictis decano et
deputatis restitui libros Communes facultatis quos
habebam penes me in pignore predicte Somme
XLVIII. franc. Scilicet totum continens Rasis In
duobus voluminibus Concordantias Petri de S.to floro
Et antidotarium albucasis de qua quidem Somma &c.a
Ego quieto et promitto quitare predictos decanum et
deputatos et predictam facultatem medicine totam
et Singulos magistros ejusdem et omnes alios quos
istud negotium potest tangere in futurum presentibus
venerabilibus et discretis viris deputatis magistris et
decano &c.a Guerino de Ronemia Sub bedello facultatis
predicte

* par acte du d.er Xbre. 1388, etant a la bibliotheque du Roy il est qualifié Phisicien de la Reine

predicte jn cujus rei Testimonium Sigillum meum et Signetum meum manuale duxi apponendum anno domini millesimo, CCCC°. decimo die XXIIII. mensis martii Signé G Boucherii de Saingniaco, Le Seel en perdu.

Exemplar Supplicis libelli ad Papam pro errore qui jn Litteris Impetratis Irrepserat Castigando jn favorem Thomæ Blanche Cappe

Et Si Beatissime Pater in universis rebus nostris propicia fueris ac liberatissima Semper clementia vestra nunc ea tum egemus maxime cum novum Servitium Solenne magister Thomas Blanche cappe Sine declaratione jnterventionis vestre Sanctitatis vix possit Statum retinere nam cum ejus supplicatio pro gratia expectativa jn Rotulo devote filie vestre universitatis Studii parisiensis porrecta ceterum recte ac More debito composita prout eminentissimæ vestre Beatitudini tenore Supplicationis originalis presentibus, jnterclusa latore poterit apparere nichilominus tamen jn litteris apostolicis Super ea confectis vicio Scriptoris jn non obstante beneficii quod prius obtinebat omissa Sunt 1°. verba secundum taxa quare dubitat ne prefatus error Sibi Sui nocumentum allaturus. Ideirco vestra Sanctitas

Sup=

Supplicamus ut dignetur declarare vestre intentionis fuisse quod tam levis error ex omissione Scriptoris ortus nullum sibi prejudicium afferet in quo, gravi persone et antique in medicina et artibus doctissime, ut et leniissime beneficiate Sanctitas vestra pie succurreris ac nobis omnibus grande prestiteris beneficium atque singulare. quam Sanctitatem conservare dignetur omnipotens ad sue regimen Ecclesie Sacro Sancte.

Littera procuratoris super Electione Pape Johannis XXIII. data Bononiæ, desideratur annus videtur esse 1412.

La Subscription est, Venerabilibus et discretis viris ceteris que magistris facultatis medicine parisiensis.

Venerabiles domini ac magistri nuper de Electione ac coronatione domini nostri Pape Johannis XXIII, dominationibus vestris Scripsi et que inde facta sunt ergue nunc per litteras matris nostre universitatis potestis percipere quia dominus noster tam bone affectionis erga matrem nostram universitatem parisiensem quod credimus dominum alexandrum revixisse et multa Bona proponit et in tenore ac etiam facit cotidie prefate Sancte matris ecclesie Sicut cavetur in litteris universitatis que omnia non possum scribere qu'um male Scribo etiam propter subitum recessum nuncii etiam qui modicum impeditus quia Supplico parcatis in certa alia tangentia factum matris mee

facultatis

facultatis medicine minus male quam potero laborabo et mandetis in que que grata proposse ad implebo &
dominationes vestras altissimus feliciter et votive.
Scriptum Bononie XV. junii; Servitor vester P. Cardoneli.

Lettre escritte au Doyen et à la faculté par M. Tibout agent à Rome pour la faculté

La lettre souscripte, ad magnarum discretionis et scientie viris dominis decano ceteris que magistris facultatis medicine Dominis et magistris meis metuendis D. D. D. D.

Super materia collationis beneficiorum ac eorum distinctione secundum variorum generum pluralitatem nec non varietate personarum quantum ad earum nobilitates et gradus sepe vobis scripsi preceptores singularissimi avisata in prejudicium facultatum medicine et artium per reformatores consilii non dum tamen per dictum consilium conclusa qua propter necesse est in tempore et loco procurationem hue mittatis quamvis amici facultatis nostre dicant quod in dicta materia non procedetur nisi de consensu universitatis hispaniarum ut dicitur in fine mensis hujus erunt hic et spero quod in Bienni erit electio pape futuri quia omnes sunt tedio repleti materia fidei dat nobis omni die labores maximos tamen spero quod breviter. ad honorem Regis et universitatis finis habebitur propter litteras domini imperatoris

Sit

Sis in materia mediorum ideo si ipse ires parisius
bonum esset quod   Scribens quod Non
obstantibus Suis litteris procedetur contra eos valete
et valeant qui vos valere desiderant Scriptum Constantie
            festive xiii. die mensis julii per servitorem
vestrum et nuncium Henricum Thybour
alias Reijpiets nova in litteris   universitatis
habeatis nos in facto pecunie recommissos.

Exemplar litterarum Commendatitiarum
pro facultate ad Papam

Reverendissime pater ac metuendissime Domine de
vestra benevola intercessione confisi Scribimus sanctissimo domino nostro forma que Sequitur quanto magis &c.
Ideirco vestre Reverendissime paternitati supplicamus
ut predictos nuncios nostros dignetur habere recommissos ac dicendis per eos pro parte nostra fidem
indubiam adhibere reverendissimam paternitatem
vestram conservet altissimus feliciter vestri decanus &c.

Exemplar litterarum ad Papam missarum
a facultate quibus legati facultatis M. M.
Jacobus deo Pars et henricus Thybour Pape
commendantur   Die ultima
mensis januarii

Quanto magis beatissime Pater benevolentiam
quam Semper gessit vestra Sanctitas ad nostram
facultatem recogitamus, ac Suscepta totiens gratia-
-rum

-rum dona recognoscimus, tanto majorem accipimus
fiduciam nostras Supplicationes clementer ad gratiam
Exauditionis admitti expote liberalitatis fontem ac
jugenter jn Suas largissime Semper effluentem. —
accedit tante fiducie quod jn jntemptari cupimus
quod vestre Sanctitati fuit Semper optatissimum at=
que gratissimum hoc est ut universitatis Ecclesie
pax totalis procuretur ac Ecclesia Tota jn antiquum
Splendorem reformetur ad quod transigendum pro
modulo nostro mittimus ad Sanctitatem vestram
ac Sanctam Synodum nuncios nostros eruditos viros
Jacobum despars et henricum Tibour jn medicina
et artibus magistros, jdcirco vestre Sanctitati
humiliter et devote Supplicamus ut predictos
nuncios nostros dignemini paterno favore recipere
jn ceteris dirigere ac ubertate gracie complecti ut et
quod agendum convenerit obtineant et ad nos redeant
honeste consolati et jnsuper jn omnibus pro parte
nostra dicendis fidem jndubiam eisdem prestare digne=
tur clementia vestra eamdem clementiam vestram
conservet omnipotens ad felix regimen Ecclesie Sue
Scriptum parisius jn Congregatione nostra apud
Sanctum Maturinum Solemniter celebrata die
ultima mensis januarii vestre Sanctitatis
devoti oratores decanus et facultas medicine jn uni=
versitate parisiensi et a tergo
Sanctissimo jn Christo patre ac Beatissimo domino nostro

Ecclesie

Ecclesie Romane et universitatis Ecclesie summo pontifici.

Litteræ Commendatitiæ facultatis ad D. archiepiscopum Senonensem pro magistro Nicolao de Mola pro impetrando titulo Parochi S.ti Theobaldi Junia Census 19. augusti

Reverendissimo in Christo Patre ac domino domino archiepiscopo Senonensi pro magistro nicolao demola Gallo.

Sincera quidem Estimatio quam devobis gerimus Reverendissime Pater Sua fit nobis ut Eidem Reverendissime paternitati vestre pro nostro venerabili Supposito magistro nicolao de mola de Studio atque matre nostra Ecclesia preclare merito fidenter Scribamus vestram Eminentissimam paternitatem Semper in alumpnos universitatis propensam fuisse percepimus, cum itaque prefatus magister nicolaus vir quippe sciencia conspicuus morum comunitate exTollendus et ex Totius vite honestate Celeberrimus predicatus assignatus fuisset Sub Collatione vestra in eadem que vocaveris Parrochialis Ecclesia S.ti Theobaldi deJoigniaco vestre Senonensis diocesis ad eam jure devolutarie spectans que memorato Supposito nostro Secundum ordinationem Ecclesie gallicane debebatur et debetur imumque nichilominus potens ymo contradictum decretum de facto Cuidem petro demelde dicto pictori

Servitori

Servitori vestro Ratione Cujus Collationis pertinebat
nostrum Suppositum ante dictum Beneficium provisione
comminariorum in hac parte depulatorum assequutum,
auctoritate ac collatione reverendi Patris Barrensis
Cardinalis ad partes francie legati apostolici pervallata,
et non Solum in isto verum in aliis hujus occasionis
que nichil isti rei attinent eidem molestias perse suos
que inferre Conatur vestre paternitati votis precordialibus
Supplicamus quatenus impedimentum illidem appositum
aufferi velitis et Tantum facere ut dictus petrus de melde
a Suo Temerario proposito desistat permittat que nostrum
Suppositum Suum Beneficium pacifice possidere cum
eum super vestris precibus Universitati matri et Nostre
porrectis intendere totis animis desideraremus. prefatus
magister Super dictis oppositionibus conquestus est memo=
rie quoque reduxit omnes prelatos dictam Ecclesie ordi=
nationem in detrimentum Suppositorum Universitatis
infringentes eo facto fuisse privatos cui consequens erat
matrem nostram Universitatem nullo pacto pro vobis
intercedere posse Secundum tenorem litterarum vestrarum
donec istud factum reparetur. nichilominus confidentes
de bene volentia vestra Erga nostrum Suppositum pro
vestra paternitate laboravimus propone juxta vestra
Supplicationis tenorem ut tamen censens amodo queri=
monie hujus modi votis que vestris magis et c magis
annuere valeamus hanc requestam nostram exaudire
dignemini. Sic enim domino rectore gratum obsequium
Exibebitis nostro judicio. nobis vero in persona nostri alum=

=pni

=psui promotione acceptissimam facietis Secundum Ecclesie gallicane decretum jn violabititer observandum et honori quoque vestro quem certi jllesum vellemus Servare Con=suletis Reverendissimam paternitatem vestram Exhilarer Spiritus Sanctus Sue gratie profusione datum parisius jn Congregatione nostra apud Sanctum maturinum Cele=brata die 19. augusti Vestris decanus et facultas medicine universitatis parisiensis.

Litteræ legatorum M. M. Jacobi Desparo et Henrici Thibous Super Electione jn papam Cardinalis diaconi de Columna hæc subscriptæ Sunt hisverbis Egregiis et Circum Spectis Viris dominis decano Singulis que magistris facul=tatis medicine parisius dominis et magistris nostris metuendis

fatigarunt nos metuendi domini plurime divisionum turbationes et pene Spe diu desiderate pacis abstulerant multum que Sua Sunt ante querentibus quam que Jesus Christi cum gallicana natio viam Eligendi Som=inum pontificem produxit jn medium difficile quod Sit afactionibus et jllicite partis de quibus Sepe dubitavimus tutissimam quam exultantibus animis acceptarunt Singulæ nationes et Sacrum Cardinalium Collegium et successione 6.a mensis hujus concluserunt ut Si nullus jnpapam haberetur non consentirent jn eum de quibus liber Sex nominandis per Singulas nationes quatuor Electores et de Collegio Cardinalium due partes. die lune post prandium

VIII.ª hujus mensis cum dominis Cardinalibus omnibus presentibus intrarunt Conclave Sex pro natione gallicana Scilicet Patriarche Constantinopolitanus archiepiscopi bituricensis et Turonensis Episcopus Gebennensis et magnus prior rodi doctor decretorum parisius dominus abbas Cluniacensis et de Singulis nationibus totidem Electuri Summum pontificem die jovis proxima scilicet Sti. maturini processionaliter ivensis Sacrum Concilium juxta Conclave gratiam Spiritus Sancti devote cum Canticis invocans et eo ad Ecclesiam majorem unde discesserat reverso Cantoribus Clamantibus Christe audi nos Christe exaudi nos vera vox per Ecclesiam resonuit papam habemus dominum Cardinalem Dyaconum de Columpna habemus vere papam concorditer per vocem principalem aut per accessionem ab omnibus Electoribus Electum virum generosum natione Romane humilem mansuetum domino nostro regi et matri nostre benevolum credimus et propicium eadem die dictus dominus noster imperator magno que cleri procerum et vulgi multitudine Stipatus de conclavi prorexit ad Ecclesiam majorem die Sequenti legati regum, principum et nos exhibuimus eidem domino nostro reverentiam et obedientiam sibi se monstravit Universitati matri nostre multipliciter affectum hodie presbiter ordinatur die jovis Speramus coronabitur vel adhuc Signatu nec Scimus Si signabit Super Expectationibus quod prelati Contendunt et vehementer intuntur ut autoritate Sacri Concilii decernatur

primus

ipsius Collationes beneficiorum pertinere metuendi domini
jnopia procurate supplicamus pecunie
Succursum nobis procuratores bene placita vestra paratis=
simis supplere pro viribus Scriptum constancie XIII. no=
vembris

Humiles legati vestri Jacobus despr. Henricus Tybout.

1418.

Quittance du 6. juin d'adam Dorigny m^e. en medicine
a venerable homme m^e. Pierre Bechebien Doyen de la
faculté La somme vigenti francorum ratione sumptuum
et Expensarum faciendorum in ambaxiata que per uni=
versitatem fit ad Reginam, et dominum ducem Burgundie
in cujus rei Testimonium huic presenti cedule signum
meum manuale apponi anno domini millesimo CCCC^mo.
decimo octavo die sexta junii Signé Dorigny avec paraphe.

Litteræ Commendatitiæ ad Papam a
facultate Scriptæ pro magistro Johanne Bazin

Quam salubris quamque necessaria sit pater beatissime
Scientia medicine medicorum que industria ad tuendam
vitam humanam et hominis senectutem
pertingentes facile vite statum arripiant
nemo mentis compos ignorat multos etiam
ope medici
carnerim quis nesciat neque istud frequenter fere nunc
contingit namdum ipsa malis corporis expugnata
languerit sepe domini nomine immemor efficitur quod
si medela convenienti aut tollerentur aut saltem leniren=
=tur

=tur meus propriis Vsa viribus ad deum Libentius com=
municetur cum jtaque   opes ad cultum dei
jnstitute sint et corpori atque membris jpsius omnibus
          debeam nimirum quod aliqua memora=
tas ab causas equum est cedere medicis qui eadem com=
munitati teneantur obnoxii vinum est jtaque nobis
Santissime Pater rationi consentaneum et Vtilitati quid
oportet num esse quamlibet diocesim habere medicum
Suis jncolis deputatum Vna prebenda Ecclesie Cathedralis
quem admodum delectione dispositum esse jntelleximus.
Supplicamus jgitur vestra Sanctitas quatenus jnter alias
hanc edicas constitutionem nec Sattem jonquam Vnus
Theologus et jurista prebendam jn Ecclesia Cathedrali
fuerint assequti aliis omnibus medicus preferatur
quod vt Speratum est communitati eofacta desinas.
Ceterum Beatissime Pater cum omnes Suppositi facultatis
nostre prius fuerint jn artium facultate Suos gradus adepti
          ubique raro aliter con=
tingit Suis que homines plurum que etati Sciencia et
moribus proveiti dignum ducas vestra Sanctitas jpsum in
Singulis prerogativis equare aliis duobus Scilicet Theologie
et decretorum facultatibus atque apud vestrum Sanctitatem
prosequenda venerabilis et Circumspectus vir Johannes
Bazin magister jn artibus et medicina curiam romanam
accedis quem jntiis atque aliis dignetur vestre Beatitu=
dinis celsitudo commendatum habere et jn jllud Sue
gratie munus extendere nobis postremo mandatis vestris
obtemperare totis animis desiderantibus quibus Jubeas
Vestra Sanctitas quem   Spiritus Sanctus pro
Sue

Sue Sponse felici gubernatione Scriptum in nostra Congregatione generali apud Sanctum maturinum Super hoc Specialiter celebrata die XXVI. mensis augusti

humiles vestre Sanctitatis oratores Decanus et facultas medicine parisiensis

Et an dor:

Sanctissimo in Christo patre et domino nostro Sacro Sancte Romane ac ecclesie Universitatis Summo pontifici

Exemplar litteræ facultatis Scriptæ ad archiepiscopum Senonensem pro magistro Coterelli

Naturali equitate Compellimus reverende in Christo pater ut ab illis beneficiis dignos cantur opportuno tempore quibus aut quorum contemp conferuntur
Reverende Pater ex mult
nostro nona nostris benignum impenditis favorem non nullos ad ecclesiastica beneficia
pro movenda et que nobis aut non
contemplationem conferenda et Retributionis Spes neque pecunia Sed duntaxat honesta benefaciendi
pauperibus vos impulit vos enim reverende Pater ut inter ceteros de Uno mentionem faciamus venerabili circumspecto viro magistro Coterelli lingonensis diocesis clerico in artibus et medicine magistro Ecclesiam parochialem Sancti ferrici gratu

quidem

quidem magnum dantis affectu penna-
tum exiguum novimus ad ipsum compa-
ratum pro quo et aliis donis quas possumus
gratias vobis referrimus et quia reverende pater nos
deo inspirante videmus
ad animam vestram inclinare et
miseri pauperis status studentis qui nec gratiis suble-
vatur apostolicis et in super temporum
magna atque gravi premitur inopia magna freti fiducia
apud Reverend. Pat. E. in domino
quatenus quamdam egenis et pauperibus
benefacere cepistis ita continua subsidia eisdem subminis-
trata secundum quod beneficiis vacantibus vobis currere
facilius dignemini procedere in quo reverende pater maxi-
mam apud homines laudem et apud omnium bonorum
largifluum remuneratorem propter quam gloriam recipietis
Scriptum &ca.

Vestra humilis parisiensis medicine facultas
reverendissimo in Cristo patre ac domino domino
H. divina providentia Senonensi archiepiscopo.

Approcha magistri de Rorroy. 1418.

Ego Stephanus de Rorroy magister in medicina confiteor
habere et recepisse a magistro petro Bechebien decano fa-
cultatis medicine de bonis facultatis libros qui sequuntur
Scilicet concordantias S^{ti}. flori que incipiunt secundo folio
planta, et in penultimo folio, illaque excluduntur et
secundum volumen libri qui dicitur totum continens qui
incipit

incipit Secundo folio armoniacum in penultimo armibus quos libros promitto tibi restituere vel decano facultatis in cujus testimonium presentem Cedulam propria manu scripsi et signo meo, manuali signavi anno Domini 1418. Signé Rorroy avec paraphe.

Quittance du 6. mars 1440. de Jehan Goupil espicier et apotiquaire

Je Jehan Goupil Espicier et apotiquaire a Paris confesse avoir eu et receu de venerable & discrette personne M.e Robert Julienne maitre en medecine & doyen de la facutté, la somme de sept livres seize sols parisis pour et ou nom de ladite facutté qui deuls me estoient céés a scavoir du temps M. Pierre Soulon six livres dont je avois trois livres engage pour icelle somme & trente six sols parisis pour les flambeaulx et luminaires par moi baillés a ladite facutté pour cette année presente de laquelle somme de sept livres seize sols parisis je me tiens pour comptant et en quitte ladite facutté & de toutes autres choses de tout le temps passé tesmoings mon seing manuel cy mis le samedi six jour de mars 1440.

Quittancia 1441. 25. aprilis henrici Tibout

Ego henricus Tibout in artibus & medicina magister penitentiarius Ecclesie parisiensis quitto ac quittam

teneo

teneo venerandam facultatem medicine de somma quatuor librarum parisiensium in qua pro resta mei compoti cum ea facti tenebatur et generaliter de omnibus in quibus potest usque nunc teneri pro toto tempore preterito et hanc quittanciam facio receptis quatuor francis per manus Roberti Julienne michi solutis pro, et nomine dicte facultatis residuum predicte somme liberaliter eidem facultati dando in quorum omnium testimonium signavi presentem cedulam signo meo manuali hic apposito anno domini M°. quadragesimo primo 25. die mensis aprilis, Signé Tibout avec paraphe.





Series instrumentorum in hoc Codice Contentorum.

Clariciæ

Contra.

=tem

Mandatum

Mandatum

dicm

Apocha

Supplex

Index

Index Nominum in hoc Codice Contentorum.

A.

amirault

Amirault (Stephanus) dictus lt prepositus ecclesie de Bethunia
Andrée (Petrus) officialis cancellarii parisiensis

anglici (Thomas) l'anglois clericus procurat anglicorum 72. 73.
guillelmus Licentiat. in med.
arnulphi (Simon) arnoult
arpadella (Johannes de) arpadelle canonicus parisiensis jdem forsan ac depadella
arvernia, vide alvernia
assos herborarius jllicite praticans 46.
assy (Johannes d') Bedellus facult.
atrio (Johannes de) de l'astre
clericus (Thomas)
auberti (guilletus) aubert clericus 57.
audomaro (Johannes de S^to^) de S^t^. omer, tabernarius et faber fabrice ecclesie Beate marie parisiensis 26. 31. 33 34.
mathildis ejus uxor 35.
averot la cambriere 46.
aureliaco (Johannes de) d'aurillac mag. in med. 74.
aurelianis (de) d'orleans vide Thierrici

Ausono (Petrus de) D'auxonne mag. in med.
aussaco (Inardus de) D'aussac (arnaldus de) clericus
Autissiodoro (Johannes de) D'Auxerre, Bachal. in med.
anton (Johannes d') notarius

B.

Bernage (andreas) de longolio clericus et notarius &.
Barra (guillemus de) 74. de la Barre magist. in med.
Barrois (Stephanus le) juris peritus
Bartholomeus magister in artibus vide de Brixia
Bazin (Johannes) mag. in med.
Bajolin, de Bajolles, (Joh.) mag. in med.
Bechebien (Petrus) magister in med. Beschebien
Belliardi (Petrus) Belliard m. in med.
Belino, Belin n . . . m. in med.
Bellomonte (Johannes de) Beaumont mag. in med.

Belota . . . Judea illicite praticans 40.
Belon Leodegarii licent.

Blancardi

Blancardi (Johannes) Blanchard mag. in med.
Blanche Coppe (Thomas) mag. in med.
Blons (Johannes le) civis parmorum illicite practicans

Blossero (de) de Blossiere mag. in med. 63
Bocheti (Petrus) Bochet mag. in med.
Bohic (yvo) clericus jurisperitus
Boncourt (Robertus de) clericus
Boneti (Bartholomeus) Bonet mag. in med.
Bonier (nicolaus) clericus
Bordis (Guillelmus) Desbordes curatus Ecclesie de Chaton
Guillelmus de) mag. in med. vid de Bosco
Bonerii, vid) Boverii
Bosco (Johannes de) Dubois mag. in med. 63
guillelmus de)
Bourios alias Bourel (arnulphus) Bachal. in med.
Joh.) mag. in med.
Boucherii (guillelmus) Boucher de Saingiriaco mag. in med.
Bouchier (Johannes le) constantiensis clericus 287
Boulais (henricus dictus) clericus
Boustoul (Johannes) m. in med. 64.
Boverii (Richardus) Boyer alias de Connetiis clericus Lexoviensis forsan Boverii)

Bovis

C.

Cadomo (henricus de) de Caën clericus procurator officialitatis 54.

Caille (Philippus La) clericus procurator officialitatis 5.

Calidomonte (de) idem ac de Calvomonte, de Chaumont,

Calvomonte (Guido de) officialis parisiensis

Calvomonte (Stephanus de) mag. Regens in med. 288. 179 182. 74.

Johannes de) Licens

Caleya (Petrus de) delachaunée

Cambesio (Simon de)

Camus (Guido dictus Le) clericus

Camera (guillelmus de) delachambre, mag. in med.

Canturana (Jacobus de) de Chantereine, mag. in med. 74.

(Stephanus de C.)

Capella (arnaldus de) delachapelle, mag. in med.

Capite Stagno (Petrus de) Le Cap d'estang mag. in med. Regens p. 71. 72. 179. 73.

Cardonis de Craona (Johannes) Cardon notarius

Cardonelli

Chems, vid. de Cemps

Charlemagne (Richardus) clericus

Charton (Johannes de) mag. in med.

Cherri (Stephanus dictus) canonicus Laudunensis

Cheza (Thomas de) de la Chaise doctor in decretis

Christiani (gervasius) Chrestien, mag. in med. & not.

Clamartio (Johannes de) de Clamart, archidiaconi paris. ex contextu instrumentorum contra cancellarium probatur quadam desideravi anima.

Clarisse ( ) vide de Rothomago

Claricia (Johanna) Clarisse illicite practicans
3. 7. 4. 5. 9. 10 11 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 61. 62.
(agnes)

Clavasio (Dominicus de) n mag. in med.

Clerici (andreas) le Clerc, Bachalarius in med.

Clincampo (Radulphus) de Clinchamp, clericus juris peritus

Coentigou (guillelmus dictus) scolaris parisius

Confluentio (Dominus Stephanus de) de Conflans capellanus perpetuus in ecclesia parisiensi

Crespeyo (Stephanus de) Crespy Presbiter. 21. 25
crespi, P. def. 39. 40.
Criera (Petrus de) Bach. in med.
Crini (Johannes) Bach. in med.
Croisati (Johannes) Croisat mag. in med.
Curia (Johannes de) delacour, 55. 74 Johanna 65.
Philipus mag. in med.

herveus Clericus,
Cumino (henricus de) mag. in med.
Curiaco (Egidius) de
Cuniculis (andreas de) des Conines Bach. in med.
Cuscurariis (Richardus & Johannes) habitatores
Parochiæ S.^te^ nicolai a Campis. 16.

D.

Daiani (Johannes de)
Damis (Petrus) habitator parochiæ S.^te^ nicolai a
Campis. 16.
Damonsier (Damonsiaco, Damosiaco) Petrus mag. in
med.
Delf (Walterus de)
Derçona (guillelmus de) clericus juris peritus advocatus
77.
Deserto (Johannes & Symon de) Dudesert,

E.

F.

foulqueuse

humberville

H.

J.

L.

Lavis

Lavis (Theobaldus de) mag. in med.
Lavis lombard. ilic. pract. 46.
Laugier (Radulphus)
Lausanna (guillelmus de) de Lausanne mag. in med. 74.
Layo, Loyaco, Lay, Ley (Philippus de) bedellus facul. clericus apothecarius 77.

Lentagius vid. Lantagius.
Leonio (hervens de) clericus Brito
Leo, de mantua Lombardus marcus Bach. in med.

Leporis (Johannes) Le Lievre mag. in med.
Lastegle (Jacobus de) Bach. in med.
Lestre (Radulphus de) habitator parochie S.ti nicolai a Campis. 16.
Libloux ph. 48, 51. 57.
Linaria (Johannes de) clericus. 26.
Limayo (Johannes de) mag. in med. 74
Lingonis (Petrus de) Johannes de, mag. in med.
Lombardus (hermannus) mag. in med. vid hermannus (franciscus) mag. in med.
Longo (Johannes de Lelong) Bach. in med.
Lotharingo, jmbertus habitator parochie S.ti nicolai a Campis. 16.

Louvanio

M.

Monnier

Monnier (Petrus le) mag. in med.
Monte (Johannes de) habitator parochie S.te nicolai a campis 16
Montibus (Petrus Lupi de) mag. in med.

Montignaco (Johannes de) portarius Pape
montigniaco (Robertus de) Johannes de,
moreyo (hugo de)
Morgans (?) illicite practicans, épicier. 45
Moricani (Daniel) clericus
morsant (guillelmus de) canonicus
Moussiaco (Johanna de) merceria
mouchardi (N.) notarius
muro (Bernardus de) clericus notarius
muxeyo (Johannes de) presbiter 57
Maleyo (Petrus de) clericus
Marre (David de) Scotus clericus

N.

—— guillelm. de narbona 288.
Narbona (Paulus de) nationis gallicane procurator 72.73.77.
vide Conilli 72.
guillelmus Bernardi dictus de vide Bernardi
Navarra (alias Navaria) guido de, Mag. in med.

med.
Nea (Petrus de) Bach. in med.
Nepotis (guillelmus) mag. in med.
Nicolao (Johannes de S.^to) clericus. 25. 26. 27. 37. 44.
+ Nogento (Stephanus de) mag. in med. 179. 182. 74
+ nicolaus de S.^to justo. V. justo.
nicolaus de Campis, S.^t 10.
nicolas, idest préépositus, salernitanus, abbreviator nicol. myrepsi alexandrini. 47.
Normannus (andreas) vide clerici Bachal. in med.
Novavilla (Petrus de) nouville, neuville, ou nouveville Rector universitatis 72. 73

(Johannes de)

Brito Bachal. in med.
Novilla (Stephanus de) neuville Succentor Ecclesie paris. ex doct. in decretis
N . . . . frater de Cordellis mag. in med.
N . . . . Johannes Subedelus facul. de Theol.

O.

Olearii (Georgius) Huillier habitator Parochie S.^te nicolai a campis. 16.
Olivis (nicolaus de) mag. in med.

oranger

Pergamo

Pergamo, michael Lombardus filius D^ni Lafranci de Rola

+ Petri (Johannes)

Petro (Thomas de S.^to) mag. in med.

Pigouche (Petrus) mag. in med. 74

Pinchon, Pincon (Radulphus) mag. in med. 285. 284 182. 74.

+ Perrichon, joh. 6.

Pingnis (Johannes) dictus notarius

Pinsa (jacobus de) Bachal.

Pipe (johannes dictus) mag. in med. 288. 179. 182. 73. 74.

Plaisanche (mag. johannes) illicite practicans. 45

alter ejusdem nominis Speciarius

Poignans (Guillelmus) mag. in med.

Poilles (Petrus) mag. in med. 74.

Poitevin (johannes) illicite practicans. 46

Ponte novo (Johannes de) mag. in med. 74.

Pontauber (Johannes de) Bedelus facul.

Pontisara (Johannes de)
Probomiono (Johannes) mag. in med.
Porta (nicolaus de) 56.
Portu (Jacobus de) mag. in med. ex regens 64
johannes de Portu mag. in med. 74
Portugalia (alfonsus de) Bacalaureus in med.
vid. de hyspania

Berengarius de) notario publico
Pratis (alanus de) mag. in med.
Pregnaco (vitalis) de cantor ecclesie paris.
Profunda valle (Wiardus de) Bachal. in med.
Pruvino (Garinus de) notarius
Johannes mag. in med.
Pulchri (herveus) notarius curie
Puteo (cello de) mag. in med. 74
Putheo Petrus Bachal.
Pouligniaco (Johannes) mag. in med.

Q.

Quaire (Johanna filia de N. de S.to) civis pariisiensis. 26
Queso (Johannis de S.to) mag. in med. 74

R.

Sabaudia

S.

Trecis

Synopsis

Rerum Memorabilium quæ In omnibus Commentariis Medicinæ facultatis Parisiensis habentur quotquot jn manus M. Nicolai Ellain ab anno 1322. Vsque ad annum 1606. Cum vero jn nostras Venire potuerunt ab eod. anno. 1606. ad annum Vsq. 1676. quo decani munere fungebatur M. Morand.

1324.

1324. Decano M. francisco. de Castelleto	Anno domini 1324. franciscus de Castelleto decanus per facultatem est declaratus
probatio. temporis auditionis ordinarie 1324. Cursoriæ Jacobi de Pinsa	A. 1324. Jacobus de Peneuchi tempus auditionis ordinarie probavit per cedulam Sigillatam; Item tempus auditionis Cursoriæ Sub. m. Belino ordinarias autem Sub mag. Petro Damousier et Belino. Id. probavit die martis post Ramos Palmarum.
probatio. auditionis ordin. Jacobi de Pinsa	Eod. die et anno. Jacob. de Pinsa probavit ordinarias per cedulam Sub m. Belino
probatio aud.[nis] ordina. 1326. Cursoriæ Jacobi de Lestegle 1326.	Die Lunæ jmmediatæ post pascha probavit ordinarias Jacobus de Lestegle anno

	1326. per D. de Bazoliis Cursorie per M. Johannem Pipe per cedulam sigillatam Sigillo Decani.
probao. ordina. et Cursorie M. Petri de florentia 1325.	arnaldus de Mordas probavit ordinarie Sub M. Petro de florentia 1326. Cursorie Sub M. Petro Damoniaco 1325.
probao. ordin. et Cursorie M. de Gaterneue 1326.	Die martis immediate post sancta martinum de Gaterneue probavit ordinarie sub M. Johanne de Dia Cursorie Sub et M. Johanne de Ponte novo 1326.
1322. probao. ordin. de Cursorie 1322. M. remigii de mariniaco	Joan. de Josero. insesto Sti marii probavit ordinarie Sub M. remigio de mariniaco Cursorie anno 1322. Sub M. Joan. Boustoule, et Stephano de Nogento. Item Sub M. aegidio de Raverüa Item a Johanne de monasterio
probao. ordin. et curs. M. hugonis de mimi 1326.	M. hugo de mimi probavit ordinarie Sub M. yvano De Jama 1326. et Cursorie Sub Jo. de Barolen.
probao. ordin. M. Jac. Agni 1328.	M. Jacob. agni Carnotensis probavit ordinarie Sub M. francisco de castelleto Decano 1328. id. a M Joan. de Dia
probao. ordin. de Curs. M. nicolaii Benedicti 1328.	nicolaus Benedicti de Largo Campo, probavit ordinarie Sub M. francisco de castello Decano 1328. et cursorie Sub M. Petro de Damosiaco et ordinarie iterum a M. Petro Jero, Item an 1326. Sub Gaufridio de Gonrolan et Cursorie sub

M.

M. Johanne de Pontenovo

probat. ord. et Curs. m. alani de Pratis 1323. D. alanus de Pratis ordinarie probavit sub alano et Gonteri an. 1323. per cedulam, cursorie sub Jo. Bortot alias Bourtoult per testes.

probat. ordin. et Curs. m. ægidii de grimberge an. 1326. probavit d. ægidius de Grimberge ordinarie sub m. mauro de mediolano. Item sub Jo. de Dia 21. dieb. per cedulam cursorie sub henrico de fumino, Item sub m. Belino a festo S^{tæ}. crucis usq. ad. finem april. 8. dieb. exceptis.

probat. ordin. et Curs. Item D. Petrus de nea probavit ordinarie sub m. Petro Pigouche cursorie sub. Jo. Bourion. D. Jo. martini probavit ordinarie sub m. reginaldo, et . . . . . D. Petrus de friera probavit ordinarie sub m. yvano de Jama Ludovicus de Lorani ordinarie sub m. Joanne Pipe.

Ex Vetustissimo Commentario, qui per hæc verba incipit (anno. D. 1327. & mense martio m. francisco de Castello existente decano) et per hæc finitur verba (penes me) quæ sequuntur sunt excerptæ.

M. francisco de Castelleto Decano 1328.

Anno Domini 1328. in vigilia omnium sanctorum voluit facultas quod m. michael de Pergamo Lombardus (filius quondam D. Lafranci de pola,) qui Coloniæ studerat

ut quis bacalarius fiat debuit audivisse jd. et studuisse parisius ex statutis

et

	Et legerat duob. annis et dicebat legeret
	unum Cursum in medicina parisius.
	Sed propter hoc ad Statum Baccalaur^tus^
Examinatur scholaris	minime admitteretur, sed oportet quod
pro Cursu legendo. p. l.	audiat si Baccalarius vellet esse, secundum
pro Baccalonotus postq.	quod in Statutis facultatis Continetur.
probavit temp audivit	Examinatus tamen fuit pro dicto Cursu
ordine	Legendo sed tamen si tantum audiret
	de incepis sicut scholaris tenetur audire).
1329.	M. D. 1329. mense martii fuit deposi=
Examen Baccalariorum	tum ab Examinatorib; facultatis medi=
pro Licentia.	cinae pro istis septem quod erant suffi=
	cientes ad Licentiam
	m. Petrus de ailtevilla alias de altavilla.
noui Baccala. incipiunt	D. alfunsus de Hyspania bacalarius
I. e. ut hodie loquimur	incepit legere fen. 4. 1 Co. an. 1329. 20.
principium faciunt. Legendo	martii
tractatum alicujus auth=	
oris.	
Rationes a Decano reddun=	A. 1333. computavit m. Reginaldus
tur 1333. m. reginaldo di	de Cornamara decanus facultatis medicinae
Cornamara	quo dominibus deductis debet facultati pre=
	dictae 12^lt^ 18^s^ et fuit Computatum die Sab.
	ante festum S. S. Petri et Pauli presentibus
	m. m. Jo^ne^ De Cousiaco Simone de
	Santagiis &c^a^.
	In prio D^ni^ amen Recepta decanatus
Decanus m. f^cus^ de Castelleto et	
expecunia Simonis de	m. fran^ci^ de Castello Phinici enim dic=
Cambeno enim Calicem	
quod facultati datur ne	tus franciscus de Castello ex predicta
alienaretur	

pecunia recepta a predicto pro anima M.
Simonis de Camberio ex pecunia recepta
pro anima M. Petri de florentia unum
Calicem et eum in Congregatione facultatis
medicinæ dedit predictæ facultati ut
vendi vel alienari non possit

decretum quod nemo mag. jd. est doctor fieret nisi prius practicaverit extra urbem, per 2. estates vel per 2. annos in urbe cum altero mag.

Die merc. post Pascha ordinarii facul=
tas per Cedulam vocata ut moris est
quod nullus de cetero ad magisterium va=
lerat promoveri nisi per duas æstates
practicaverit extra parisius, vel contin=
uaverit per duos annos practicam parisius
in Comitatu alterius magistri Jo.[ne]
de villanova Decano.

Decretum quod nullus m. non haberet sub se nisi 2. Bacalarios jd. est. huis prout esset.

Die lunæ ante festum b. Joannis Baptistæ
fuit positum in delib.[um] per modum Expe=
dientis et concessum Scilicet quod de cetero
nullus magister possit habere sub se nisi
duos Bacalarios quibus presit vel magist.[um]
conferat.

1338.
Congregatio apud Sanctam genovefam parvam

A. D. 1338. die Sab. ante festum A-
scensionis magistris Sufficientes vocatis
ut moris est apud S.[tam] Genovefam parvam
posuit in deliberationem &.[a] &.[a]

1338.
Decano M. hug.[ne] Sapientis creatur Sab. post omnes S.[tos] in Santa genovefa parva qui Substitutus fuerat antea p.o D.no Decano

A. D. 1338. Sab. post fest. om.[um] S.[torum]
fuit vocata facultas ad S.[tam] genovefam
parvam ut moris est ad faciendum deca=
num qui fuit Electus via Spiritus S.[ti], nullo

mag.[tro]

	mag.^bro reclamante Sed quolibet sentiente, Scilicet hugo Sapientis mag. regens qui fuit antea Substitutus pro D.^no Decano.
M. f.^co de Castelleto Decano 1340. in eo-decanatu 15. Licentiati	A. D. 1340. francino De Castello, Decano Sab. 20. maii licentiati fuere hoc ordine Licentiati quorum nomina sequuntur
1	M. marcus Leo De Mantua Lombardus
2	M. Gaufridus, Lemaire, Brito
3	M. Nicolaus de Tulo
4	M. micael de Brantia
5	M. Thomas De Attrio, Del'Atre
6	M. Joannes Grinon
7	M. Gerardus De S.^to Desiderio (de St Didier)
8	M. Leodegarius Belot
9	M. Joannes de Mediolano
10	M. Rogerus Mannesin
11	M. Nicolaus Benedicti
12	M. Petrus de Serteya
13	M. Johannes de S.^to Medardo.
14	M. Guillelmus de Hlumbervilla
15	M. michael de Castro
	Ad Papam 1346.
Diploma pontificium a facultati obtentum adversus illicite facientes medicinam 1346.	Supplicant Vestram Sanctitatem Decanus et magistri actu Regentes et non regentes parisius in facultate medicinae quod cum parisius Sint tam viri quam Mulieres

qui

qui artis et Scientie medicine nullam aut
modicam habeant notitiam temere
usurpare volentes officium cujus principia
non sunt consecuti in arte et Scientia
ejusd. praticantes ægrisq. mederi presu=
munt in suarum animarum perniciem
atq. dispendium ac nostre reip. damnum
ægrotorum perditionem quatenus sic.
Sanctitati vestri placeat autoritate aposto=
lica mandare Episcopo Silvanectensi
conservatori privilegiorum, aut vicario
hujus a presumptione ipsa prohibitis
de cætero non permittet in civitate pari=
siensi Episq. Sub urbiis aliquem praticare
nisi qui indicta et Scientia mag.or vel
sattem Licentiatus aut in alio Studio
generali Existat medicorum per censu=
ram ecclesiasticam compescendo.

Et quod transeat sine alia locatione

M. Johannes de Calvomonte* fuit vocatus
coram facultate ut redderet facultati sup=
plicationem predictam quæ erat signata
a Summo pontifice qua illicite pratican=
tes sub pena 10.or et hoc die Sab. ante
purificationem Beatæ mariæ virginis
1346.

* alias de Claromonte

